

1691.

1. Donat, Iohannes Christopherus : De virginum iure. Vnde
Iugfrauen. R. M. 3. Iudicij.
2. Eyselen, Joh. Lucas : De ligundatione et per eam consti-
tuto ligatu.
3. Fideler, Iohannes : De assassinio
4. Fleischherz, Henric. Georg Philipp : De dispositione per
relationem et scherulan
5. Haffmann, Christoph Maurici : De enteroscelo cele.
sive Hernia interclusa et ratabilis.
6. Linck, Henricus : De iuris rei publicae Norther-
nensis
7. Moller, Jan. Gnid : De Volcatio Gallorium
8. Moller, Jas. Gnidius : De omnioris debus-
dominicas.
9. Schenck i. Döpferdorf, Christopherus : De jure melliti tri-
um Iudicij. R. M.



10. Witter, Bartholomäus : De canticis iuridicis.

1691

1. Tritsch, Christian Lippinus : De jure altemantis, sive
status Imperii, & praecedentia Seminis et voti
certantibus, recepto

2. Lück, Henricus : De paternitate compunctionis . 1. et
des hominum - Bruderschaft. 2. Band

3. Linck, Henricus : Iuraturali carbuncis usum, quoniam
reconvencionis et expensorum punctum, ex jure
Christi pariter ac Statuto Hamburgensem
declaratum : . . . publicare : . . . dignissimi sat
jicet .

4. Linck, Henricus : De jure episcopali .

5^a.^c Wagenerius, Christopherus : De rege Pomeranorum.

6^a.^b Wagenerius, Christopherus : De re monastici veterum
Pomeranorum 2 Band.

7a v6

- = Wagenselius, Ioh. Christopherus : Politica praeceptor
eighthus rationis status et statis lassorum moderatorum
omnium rerum politicarum naturam aequalitatem.
- J. Wolff, Iohann Christianus : De jure familiastatice

DISSE^{5.}
TATIO IVRIDICA
DE
FRATERNITATE
COMPOTATORIA,

Oder:
Von der Schmauß-Brüderschafft.


P R A E S I D E
DN. HENRICO Sind^f. IC.

SERENISS. DVCIS PALATINO. SOLISBAC. ET INCLYTAE REIPUBL.
NORIMB. OLIM CONSILIARIO, NEC NON PANDECT. PROF.
PVBL. ORD. IN ACAD. ALTORFINA,

D. XVIII. AVGVST. ANNO MDCLXXXI.

PLACIDAE ERVDITORVM DISQVISITIONI
PVBLICE SVBMISSA

AB
IOANNE PETRO HENRICI,
BVDISSA - LVSATO.



37.

16

IENAE, REC. LITTERIS IO. FRID. RITTERI,
A. O. R. M DCC XXXVI.

DISSERTATIO IURIDICA
DE
ERATERRINITATE
COMPOTATORIA

DI HERICO

SCIREMUS DE LEGIS LITERIS, SOLVENDO ET INNOTESCENDO
NOMINIS QVI CONSISTIT, NE MONSTRUOSA RUM
TALIS QVI IS AVOLI HERCINIA
ET CAVAS VENIENTIA, VACUAS VACUAS
EST CEDUS TERRAQUA UNDIZABILIS.

IOVINE TERRA HERIC





PRAELOQUIVM.

SPECIMEN quoddam Academicum editurus, rarum insimul & charum thema meditabar. Licuerat animadvertere, oscula tam sordidissimis saepe an- cillis, quam formissimis fœmellis illata rem ple- risque esse acceptissimam. Nescio quibus exinde co- gitationibus captus, dulcedinem eorum, applicatione pulcherrimæ omnium Themidi tentanda, experiri con- stitueram. Nec dereliquisse animum, variis jam jam ad eam eo melius expediendam notatis instructus, de pluribus comparandis sollicitus; nisi sacratissimam Vir- ginem *B. Dn. D. Paulo Francisco Romano, Jcto & Antecessor Lipsiensis*, celebratissimo, jam jam satis osculis exceptam & amataam viduisse. Ergo, quod alis quidem freminis haud inconsuetum esse, multoties audivi, de facili meæ, post tantum undique amabilissimum Virum, prorsus imperitæ, a qua nihil jucundi, nihil elegantis expecta- ri poterat, tenuitatis admissione mihi dubitanti, violen- ta invitæ erexit admodum periculosa videbatur. Re- pulsam itaque facile non sine contemptu ferendam, actionemve injuriarum evitare satius ratus plane de- stiti. Aliud proinde inquirenti argumentum in men- tem demum veniebat præsens de FRATERNITATE COMPO TATORIA, ut rarum, nec forsan inutile, ita vel solo nomine jucundum & plausibile. Neque enim haec tenus, quod quidem novi, sub cuiusquam incude sudavit. Neque tamen, spero, quisquam me com- menti

A 2

menti

menti aut novitatis arguerit, in quo certe suam quotidiani usus & Jurisprudentiæ nostræ sortis, quæ nulli ultra id, quod semel constitutum est, ingeniosum esse concedit, proderet ignorantiam haud laudandam. Sane antiquissima, quo longius a cæteris absunt, quoque tristiori ingenio est censor aut vituperator, eo frequenter habitum speciem novitatis mentiuntur. Saltum suavitas displicebit. Non enim facile omnibus integrum erit, austерum semper Catonem imitari. Quare nec jocosa alicubi insperfa anxiè deprecor. Methodo, pro ratione ingenii mei, usus sum simplici ac plana, forte non omnibus æque probanda. Solatio erunt aliorum Magnorum exempla, nulla existente Legi, quæ unius cujusque tractationem præscribat. Cæterum, uti in nomine Domini nostri Jesu Christi ad omnia consilia omnesque actus si ex voto cedere velis, progrediendum, l. 2. pr. C. de offic. Praef. Præt. Afr. c. cum Paulus I. qu. 1. ita in eodem exercitium præsens ordior.

F E L I C I T E R !

THES. I.

ACTIVVS itaque de Fraternitate compotatoria parum sollicitus ero de incunabilis vocabulorum. Res enim est, si non otiosæ prorsus quæstionis & proletariae, judicio Dn. D. Eckolt. adff. tit. de A. R. D. §. 1. & Nazit. in Dissertat. de Conſt. Advocat. cap. 1. pr. Criticorum tamen & Grammaticorum pulpitum, quam JCtorum cathedralis dignior. Magn. Dn. D. Carpzon. Fautor & Preceptor meus in alma Lipsensi nunquam fatis colendiss. in Dissert. de Jur. Brazand. cap. 1. §. 1. in

in fin. Nam circa explicationem Vocabulorum hæ-
rere nihil fere aliud est, quam circa corticem versari &
nucleum non velle. Nazit. d. l. Conf. nitidiss. Zevecot.
observat. in Flor. proœm. n. 3. & Oldenburg. Itin. German.
Polit. p. m. 34. seqq. Adeat tamen, si quis magna horum
voluptate capiatur, aliterve, quasi neglectis temerario
ausu methodi ubique receptæ regulis, dissertationem
prorsus vitiare existimet, quemadmodum exinde quan-
dam satis elegantem improbatam fuisse memini, Lexi-
cographos, a quibus hæc sufficienter explanata, quæ ne-
que prolixa, néque compendiosa serie nunc exscribere
libet. Add. Did. de Testam. cap. 14. n. 12. vers. hic vero illud
referente Dn. Dietberr. in addit. Befold. Thes. Pract. voc. Ge-
schwisterricht, imprimis vero JCtissimus Dn. Lauterbach.
de singul. Fratrum Jur. p. 1. §. 2. ubi diversam hinc inde pro-
positam Etymologiam Fratrum solidius evolvit.

Th. II. Impræsentiarum notasse sufficiat, multi-
plicem Fraternitatis esse acceptionem & differentiam. Est
enim alia *Naturalis*, qualis est fratum sanguine junctorum,
etiamsi alterutrum tantum parentem habeant
communem, per l. 10. §. 13. de grad. & affin. ubi JCtus Paul-
lus ita respondet: Frater quoque per utrumque paren-
tem accipitur, i. e. aut per matrem tantum aut per pa-
trem, aut per utrumque, i. e. ex utroque parente eo-
dem. Sed hic numerum non auget, quod nihil differt
hic ab eo, qui eundem patrem habet tantum &c. Conf.
§. 1. J. de legitim. Agnat. success. §. 2. J. de gradib. cognat.
Mascard. de Probat. conclus. 813. n. 9. Menoch. consil. 187. n. 2.
alia Legitima, quæ vel magis propria est, ut (1) Adopti-
vorum, sive per adoptionem a patre factam cæteris li-
beris junctorum. l. 23. ff. de adopt. (2) Patruelium, qui ex
duobus fratribus procreati sunt, & cum additamento

fratres patruelles vocantur, §. 1. J. de legit. agnat. success.
 §. 4. J. de gradib. cogn. l. 1. §. 6. l. fin. §. 15. ff. de grad. & affin.
 l. 4. C. qui testam. fac. poss. l. 8. C. Si quis alt. & c. Vid. Dn.
Lauterbach. cit. tract. p. 1. §. 10. n. 4. (3) Conjugis & alte-
 riūs conjugis fratrum aut sororum, & ulterius illorum,
 inter quos in secundo & tertio genere affinitatis similis
 subest respectus cap. 8. X. de consang. & affin. (4) Bapti-
 zati & liberorum baptizantis, confirmantis ac Patrino-
 rum, quae spiritualis vocatur, & olim matrimonio im-
 pedimento erat. l. 26. C. de nupt. c. si quis ex uno 3. c. 30. q. 4.
 c. 1. & ult. de cogn. spirit. in 6to. Vid. Dn. Straub. *Disserr.*
Justin. II. apb. 19. quod tamen postea Concilio Triden-
 tino mutatum est. Nec ea fraternitas in nostris Ec-
 clesiis in causis matrimonialibus vel aliis attenditur.
Alber. Gentil. de Nupt. l. 5. cap. ult. & Dn. Carpz. l. 2. Jurispr.
Confis. de fin. 74. vel minus propria; & fit vel religio-
 ne, omnibusque Christianis intercedit, i Cor. V. 11. subla-
 ta exinde inter eos satis alias dura servitute, uti censem
Bachov. §. 2. J. de his, qui sui vel al. n. 2. vel conventio-
 ne, tam inter Clericos, eundem ordinem profitentes,
 ut Jesuitas, ceu potentia & divitiis hodie certe locuple-
 tissimos, ita multorum odio laborantes, & fortassis a
 lapsu non adeo longinquos. Vid. *Oldenburg. Itin. Germ.*
Polit. p. m. 90. Dominicanos, Benedictinos, Crucige-
 ros & tantum non infinitos alios, qui ipsi saepe Ordinis
 regulas, earumque genuinas interpretationes ignorant.
 Franciscanos enim quinquaginta annos concertasse, de
 quo colore, de qua mensura, formaque vestium regula
 S. Francisci accipienda sit, refert *Dn. Lauterbach. d. l.*
§. 6. n. 12. quam Laicos. Si non latent confraternitates
 Principium, de succedendo in extinctæ in masculis fa-
 milia bona iniri & ab Impp. confirmari solitæ, ita me
 in

in Alma, Lipsiensi docente Dn. Carolo Scharschmidtō, J.
U. Ddo, Fautore ac Preceptorē meo longē fidelissimo, in Colleg.
Famil. Imper. Illustr. de Famil. Saxon. axiom. 10. Nec mi-
nus notæ sunt privatorum Fraternitates aut tacite inter
socios l. 63. pr. ff. pro soc. & Collegas, propter bonorum,
vid. Hillig. ad Donell. l. 27. c. 9. lit. k. & officii communio-
nem, voluntariamve Collegio lictō, quale nullam, nisi
Imperatoris vel rēliquorū Imperii Statuum consensu
institutum. l. 3. §. 1. ff. de Colleg. & corpor. sui ad sociatio-
nem; aut exp̄sse, inter pocula plurimum a quibusdam
contractæ. Vide late B. Dn. Carpzov. de Paet. Confratern.
Saxon. Hassiac. cap. 1. pos. 8. Tilemann. Conring. Diff. Inang.
Mens. Octobr. 1674. Jen. hab. de Jur. fratr. cap. 1. tb. 6. seqq.
Quarum postrema nostri jam est instituti.

TH. III. Vocabularia alias hæc nostra Fraternitas
conventionalis & adsemititia, ut eam ineuntes Fratres
adscititii atque conventionales exinde meruerint dici.
Dn. Strub. S. I. C. exerc. 10. tb. 11. n. 4. atque D. Lauterbach.
de sing. fratr. Jur. p. 1. §. 6. n. 4. Verum enim vero cum
appellatio illa latius pateat, & non tam nostram ambi-
tu suo, quam alias etiam, tum illustrium tum privata-
rum personarum modo relatas, inter se tamen pluri-
mis modis, & toto fere cœlo, ut ita loquar, differentes
fraternitates comprehendat, ea sequestrata, specialio-
rem Fraternitatis compotatoriæ, tanquam a potiori,
quemadmodum non tam secundum Philosophos, quam
etiam JCtos fieri debet, l. 10. ff. de stat. homin. l. 27. §. 2. ff.
de A. R. D. §. 2. verf. Sed quoties, J. de I. N. G. & C. desum-
tam adhibui, eamque pertractandam suscepī; cum ho-
die raro contigerit, ut extra compotationum & convi-
viorum celebrationem ulla contrahatur, adeoque pa-
rum curetur. Vid. l. 3. I. 4. l. 5. D. de LL. Dn. D. Stryck. in
Tract.

Tract. de Jur. sens. Diff. IV. c. 3. n. 69. & Diff. VII. c. 1. n. 12.
Conf. Barbos. Locuplet. LIV. n. 14. ax. 1.

TH. IV. Exposita Definitione Fraternitatis compotatoria Nominali, ad Descriptionem progredior, quæ est, quod Fraternitas compotatoria sit pactum mutuo consensu inter compotationem initum de amicitia Fratrum instar inter se invicem colenda.

TH. V. Generis locum in descriptione occupavit Pactum; cum sit nonnullorum de fraternitate convention, destituaturque nomine & causa. l. 1. §. 2. junct. l. 7. pr. §. 1. & 2. ff. de pact. Vid. Dn. Struv. S. I. C. exerc. 6. tb. 6. & 9. Differentia desumitur tum a causa efficiente propinqua, cum qua coincidit Forma essentialis, consistitque in mutuo consensu inter compotationem declarato; tum a Subjecto, qui sunt ipsi pacifcentes; tum a Fine & Effectu, qui est amicitia, & ad eam Fratrum instar inter se colendam obligatio. Ad Formam accidentalem pertinet, quod plerumque poculo adhibito celebretur, de quibus singulis infra latius agemus.

TH. VI. Hactenus Definitio: sequitur Divisio, quæ intuitu causarum variis modis institui potest. Sic enim Fraternitas compotatoria (1) ratione Causæ efficientis propinqua & Formæ essentialis est vel expressa, vel tacita, (2) ratione Accidentalis vero vel absoluta, vel conditionata, (3) ratione Subjecti est alia illustris, alia vulgaris, (4) ratione Finis alia vera, alia simulata sive ficta, ad circumveniendum forte alterum adhibita, quæ distinctiones in sequentibus latius illustrabuntur.

TH. VII. Evolvenda nunc Origo Fraternitatis compotatoria. Et sane diffitendum non est, de initio ejus quicquam certi afferri non posse, nec unquam, opinor, facile afferetur: in quo eandem cum multis aliis

aliis fortem experitur, quorum quidem existentia, non tamen principium certum habetur. Saltem quedam magnis & illustribus, si ea parvis & vulgaribus intermisere & componere liceat, exempli loco adduxisse sufficiat. Quis tempus cooptarum inter Principes Confraternitatum statuet? vid. Job. Casp. Guttich. *Dissert. de Confratern. th. 2.* Quis Serenissimorum Electorum Originem determinabit? licet ejus ad tempora magni post Friderici II. Imp. obitum interregni relatio præ cæteris vero sit simillima, uti me docuit supra laudatus Dn. Scharschmid. in *Colleg. ad System. Jur. Publ.* ab ipso edit. & ante eum Pl. Reverend. & Nobiliss. Dn. L. Mencken. P. P. in *Alma Lips. Celeberr. Fautor. ac Precept. meus ubique estimatus.* in *Colleg. ad Excell. Dn. Thomas. Tabb. Jur. Publ.* vid. Ejusd. *Diss. de Origin. Elect. circa fin.* Quod utrumque tamen non sine maximo Imperii nostri splendore & singulari utilitate, citra dubium, hodie existit. Pariter de Origine Fraternit. compotatoriæ incerti, de re vero certi sumus. In antiquiora tamen tempora collocanda omnino erit; cum, quod cum judicio facta ad amorem fraternalium non parum proficit, eo eandem nomine a majoribus nostris diligentissime observatam fuisse, jam ante multa secula memoria tradiderit Tacitus, referente Wehner. in *Observ. pract. voc. geschworne Brüder.* Etsi conjecturis in hac obscuritate locus est, forte aliquando nonnulli peregrinantur aut alii in periculo quodam communis constituti ad amicitiam & auxilia haud aliter, ac si fratres essent iisdem parentibus geniti, impostorum mutuo sibi invicem, sine omni exceptione locorum & gentium, ferenda, exhausto in majorem fidem poculo obligarunt, posteaque eandem arctissimam factam, exantlatis itineris & discriminis laboribus, re-

B

duces

duces nunquam non ad extremum usque vitæ spiritum sancte coluerunt, amabili Fratrum nomine sese appellantes. Vid. eleg. I. cum allegat. 4.C. de castr. pec milis. Quare, uti dignum omnino erat, laudem promeriti alios etiam æmulationis studio accenderunt, qui veram & infucatam cum aliis amicitiam contraacturi, quasi in testimonium & sequelam antiquæ majorum fidei Fraternitatem iis offerebant, dilectionemque adeo mutuam confirmabant. Hoc securi sunt alii, donec a parvis hoc modo initii orta, tractu temporis aucta, per frequentiam tandem usus recte invaluerit Fraternitas Compotatoria, quæ ad alias postmodum Nationes grasa, non tam Helvetiis & Saxonibus, de quibus testatur *Webner. in Observ. pract. voc. geschworne Brüder.* quam Gallis etiam, Hispanis, Polonis aliquis, fortassis omnibus, populis hodiernum sacra est, experientia optima rerum Magistra, annuente. Vidi *Philipp. Camer. Oper. Succis. cent. 3. cap. 94.* & ex eo *Dn. Simon. de jurib. procul. c. 4.* Quanquam haec cogitata, si non somnia, pro indubie veris aut ex tripode quasi dictis non vendiderim.

TH. VIII. Originem excipit *Justitia.* Nulla enim esset omnis Fraternitas Compotatoria, si fieret prohibente Lege. *I.s. C. de LL.* Non tamen, oppinor, eam ullus sanæ mentis negabit. Sui enim natura Fraternitas Compotatoria peccatum non implicat: Ergo est licita. Maxime, cum sit medium amicitiae, quæ humanae naturæ quam maxime conveniens, & ad cuius culturam, quantum possibile est, omnes tenemur, adeoque ad eam obtainendam & confirmandam ducentia permissa habemus omnia. Vid. *Grot. de J. B. & P. L. 2. c. 5. §. 5. in fin.* *Alber. Gentil. de jur. Bell. L. 3. c. 18.* *Dn. Simon. in dissert. de jurib. procul. c. 4.* Præterea Fraternam hinc inde sacrae

sacræ paginæ inculcant affectionem, quam cum per pactum Fraternitatis non tam explicemus, quam magis firmemus, ideo non peccamus. Vid. *Webner. in Observ. pract. voc. geschworne Brüder.* Quid? Quod alicui non plane improbabiliter videri possit, quandam, utut non Compotatorium David cum Jonathane Fraternitatem intercessisse, dum non tantum arctissimam eorundem amicitiam, sed & hunc jam jam a Philistæis in prælio misere extinctum expresso Fratris nomine ab illo appellatum legere licet. Vid. *i Reg. XVIII, i. cum capp. seqq.* & *Reg. I, 26.* Nec adversatur Jus Canonicum, nulla ejus prohibitione facta, sine qua ut omnia, ita & hæc permitta censebitur. Vid. *Barbos. Locuplet. lib. XIV. p. 3. c. 25. ax. 2. & cap. 93. ax. 23. Dn. Carpzov. p. 1. cap. 16. d. 53. n. 3. p. 3. c. 13. d. 36. n. 2.* De Jure Civili an idem statuendum sit, magis dubitatur, difficilemque inspectionem habet; expresse enim Impp. eam improbare videntur. *in l. C. de hered. insit. sequentibus verbis:* Nec apud peregrinos Fratrem sibi quisquam per adoptionem facere poterat; ex quibus satis clare concludendum neminem in locum Fratris sibi quem adoptare posse. Et est sane aliquid. Non tamen hæc lex Fraternitatem nostram infringit. Curatius enim considerata casum continet, pro more plerarumque in Condicem relatum, *Bachov. ad §. 36. J. de R. D. n. 7.* plane singularem & a nostra quæstione longe diversum. Nimurum adoptaverant se invicem quo in Fratres. Moritur ex illis alter, testamento facto, in quo non tam filium, quam fratres etiam ex certis partibus hæredes instituerat. Putabat Frater adoptatus, se inter illos simul ad hæreditatem vocari, occupata propterea aliqua ejus portione. Opponebat tamen ei sese mortui filius, quasi

per adoptionem patris sui Frater legitimus factus non esset, adeoque nec Fratrum institutorum nomine veniret. Quærunt ergo ex Imp. an adoptione Fratres naturalibus & legitimis pares assumi possint, adeo, ut exinde adoptatus testamento inter Fratres instituti comprehensus intelligatur? ad quæ rescribunt: *Per adoptionem talem Fratrem fieri non posse;* cum adoptio naturam imitetur, juxta §. 4. J. adopt. l. 16. l. 34. ff. cod. cui consentaneum plane non est, Fratrem a Fratre procreari, cum liberos tantum secundum eam quæramus, Schneider. ad §. Licet. 5. I. de adopt. n. 5. Bachov. ad §. 1. I. cod. n. 6. Dn. Eckolt. ad ff. tit. eod. §. 5. adeoque nec adoptatum testamenti verbis intelligi, sed restituendum potius hæreditatis portionem jam jam occupatam teneri; cum Fratribus simpliciter institutis, si non expresse de alia testantis mente constet, consanguinei tantum, qualis hic non erat, licet certo ordine, quo, Germanis existentibus unilaterales excluduntur, uti notum est Doctorum dogma ex Novell. 118. c. 3. vocati intelligantur; cum defunctus se coformare voluisse præsumatur Juri communi, l. 57. §. 1. ff. ad Sct. Trebell. Menach. I. W. presump. 202. n. 1. & passim. secundum quod in successione ab intestato potissima consanguinitatis ratio habetur, vid. König. Dissert. Inaug. de potior. Fratr. Iurib. M. Mart. 1670. Francof. bab. cap. 1. n. 19. Et ergo cum Imp. per adoptionem tantum Fratres veros fieri posse negent, clare patescit, nullam esse hujus legis de nostra Fraternitate dispositionem, nec ad eam extendendam; cum limitata voluntas ultra terminos limitationis non sit porrigenda. l. 31. ff. de oper. libert. l. 1. §. 5. ff. de itin. act. priv. l. fin. C. ne ux. pro mar. Barbos Locuplet. hb. X. cap. 20. ax. 2. Alii aliter hanc legem explicant. Vid. Tessaur. Decis. 113.

Decis. 113. n. 8. Webner. in Observ. pract. voc. geschworne Brüder. Quin potius illa non tam hoc jure licita, quam quodam modo ei quoque cognita videtur, præsertim si l. 63. ff. pro soc. & maxime. l. 58. §. de bared. inst. ejusque verba: Qui Frater non est si fraterna charitate diligitur, recte cum nomine suo sub appellatione Fratris hæres instituitur, attendas, quæ sane haud leve ejus indicium subministrant. Vid. *Tessaur. Decis. 113. n. 1.* Ut proinde frustra illud simpliciter negaverit Personatus ille *Blaß. Multibib. in Tr. de Jur. Potand. §. 20. p. m. 33.*

TH. IX. Quare non ambigendum, quod quis salva conscientia Fraternitatem nostram inire possit. Multa quidem sunt, quæ in opprobrium illius adduci solent: eam scil. indicium esse levitatis, & vitaे uteunque, nec semper ad officii regulas, antea ctæ, &c. Vid. *Dn. Simon. de jur. pocul. c. 4. B. Dn. Schupp. in eleg. ut pleraque ejus sunt lectu omnino digna, Tract. Freund in der Notb. p. 126.* Verum cum nobis de justitia Fraternitatis Compotatoriæ, quæstio sit, & an ea licita, aut ineun-
tium repugnet conscientiæ, parum attendimus male-
volorum in eam censuras. Quippe quid justum & li-
citum, non ex vulgi opinione, sed ex Naturali, ac Divi-
no morali & Humano jure decidendum, de quibus præ-
cedentibus constare potest. Præterea non rarum est,
ut quid per se licitum sit, & legibus non contrarium,
quodque omnes cum securitate conscientiæ perpetrare
possunt; effectus tamen nihilominus aliquando haut
adeo bonos ex alia ratione producat, quamvis iisdem
prioris veritas non infringatur. Sic nocturnis per pla-
teas deambulationibus salva quis conscientia uti potest,
cum, nisi lege aut statuto quodam, quale Lipsiæ tam in
Academia, quam Curia certo modo habetur, prohibi-

tæ, per se non sint injustæ; & tamen non aliter ac cæteri actus nocturni suspicione laborant. Vid. Dn. Job. Heinr. Nachtenbœfer. Fautor. & Amici mei certiss. Dissert. de Jur. Noct. cap. 2. n. 4. atque Dn. Brunnemann. ad l. 6. ff. de bis, qui effud. vel dejez. ubi in civitatibus ac vicis noctu commeare non proprio honestorum hominum, sed furum & expilatorum esse dicit, pariter Fraternitas Compotatoria licita & conscientiæ conveniens manet, licet sinistri aliquid nonnunquam inducat, de quo solum supra adducta loquuntur. Vid. Dn. Simon. d. Dissert. de jurib. pocul. cap. 4.

X. Visa Fraternitatis compotatoriaj justitia, Personæ pacientes sunt considerandæ. Parum enim est jus nosse, si personæ, quarum causa constitutum est, ignorentur, §. 12. I. de I. N. G. & C. l. 2. ff. de stat. homin. Resultat autem ex præcedentibus quæstio: An quis salva eam conscientia alteri offerre possit? Quæ sane, nisi forte intentionem, quod sèpius fieri ex infra dictis patebit, habeat malam, ubi in conscientia omnino mortaliter peccat, juxta jam dicta affirmando erit. Et tanquam generale Axioma tenendum: Quod Fraternitatem conventionalem adeoque compotatoriæ inire possint, non adhibita ratione conditionis, sexus, atatis qualitatis & dignitatis, omnes pacisci non prohibiti, quales sunt facultatem consentiendi habentes, l. i. §. 2. & 3. ff. de paet. Dn. Strauch. Diff. Justin. XII. apb. 7. Quæ cum ab usu sive ratione intellectus ac voluntatis dependeat; uti loquitur Dn. Struv. S. I. C. exerc. 6. tb. 36. nequeunt ob ejus imbecillitatem. I. Infantia proximi. §. 9. I. de inut. sfp. l. i. pr. ff. de min. l. i. §. 13. de O. & A. l. 5. de R. I. Bachov. ad §. 1. I. de Tutel. n. 2. & add. §. 9. I. de inut. sfp. n. 1. sine tutoris autoritate, quæ tamen & paulo ante,

si

si a forma prescripta non discedatur, & mox post negotium recte interponitur, §. 2. I. de autor. tut. ibique Bachov. Dn. Strauch. Diff. Justin. V. apb. 28. & ita quoque in Alma Lipsiensi me docuit D. Geisler. Fautor & Preceptor nunc desideratiss. in Comp. Inst. publice dictato, quest. 155. Conf. tamen Dn. Carpov. p. 2. c. 15. d. 30. sq. cum conditionem suam quodammodo deteriorem faciant. l. 28. ff. de pact. Eckolt. ad ff. tit. de pact. §. 7. Dn. Strauch. Diff. Justin. XII. apb. 7. II. Pubertati proximi. Nec natura-liter tenentur, si obligationem juri Civili approbatam accipias, quo effectu bene pro nulla habetur, ne vergat in damnum eorum, quod alias facile accidere posset; bene tamen, obligatione naturali in se, quatenus ex consensu oritur, Considerata, cum satis intelligent actum, adeoque fidem datam debeant servare, Bachov. ad §. 9. I. de inutil. stipul. n. 1. Dn. Eckolt. ad ff. tit. de autor. & consens. tutor. §. 2. add. Dn. Struv. S. I. C. exerc. 6. tb. 39. nisi tutori autore, l. 28. pr. ff. de pact. Quid III. de mino-ribus sit habendum, queritur? Et sane, cum propter quandam judicij stabilitatem §. ult. I. Qui & ex quib. cauf. petitio curatorum arbitrio eorum regulariter fit omis- sa, l. 1. §. 4. cum seq. ff. Qui pet. tutor. §. 2. I. de Curator. ibi- que Bachov. non obstante l. 1. §. 3. ff. de min. Vid. Dn. Strauch. Diff. Justin. V. apb. 33. sine Curatorum, si quos habeant, consensu Fraternitatem inire non possunt, ef- ficaciter obligentur, l. 3. C. de integr. rest. l. 16. pr. ff. de min. secus tamen est, si sint absque eis, Dn. Strauch. Diff. Justin. V. apb. Quanquam, si per eandem laesi fuerint, restitutione in integrum juventur, l. 3. C. de integr. rest. etiam si postremo die, imo ultima etiam hora postre- mi diei anni 25. contracta sit l. 3. §. 3. ff. de minor. Bachov. ad pr. I. de Curat. Dn. Eckolt. ad tit. ff. de minor. §. 3. nisi veniam

veniam ætatis a Principe impetraverint, l. i. C. de bis, qui
 ven. atat. impetr. Tandem omnibus his enarratis per-
 sonis succurritur per restitutionem in integrum, si per
 hanc Fraternitatem fuerint lœsi, licet vel maxime tuto-
 rum autoritas, curatorisve intervenerit consensus, l. 2.
 & l. C. si tut. vel curat. interu. Dn. Carpzov. p. 2. c. n. d. 34.
 u. 2. L. VI. Resp. 118. n. 2. nisi juramento eam confirma-
 verint. l. i. & auth. Sacra menta. C. si advers. vendit. arg.
 cap. 28. X. jurejur. Dn. Carpzov. p. 2. c. n. d. 50. Dn. Struv.
 exerc. 8. thes. 54. quod tamen de infantia proximo ca-
 piendum non est, cum propter nimiam intellectus im-
 becillitatem ne jurare quidem possit Dn. Struv. S. I. C.
 exerc. 17. tb. 15. Conf. Grot. l. 2. c. n. §. 5. n. 1. aut majores
 facti ratam habuerint, l. i. C. si maj. fact. rat. hab. sive
 expresse, sive tacite Dn. Strauch. Diff. Just. XXVII. apb. 20.
 aliquo actu subsequito qui patientiam & observantiam
 illius ostendit, l. 5. l. 24. ff. rem. rat. hab. Menoch. L. 2.
 pr. 33. n. 30. Quæ tamen ratihabitio non præsumitur.
 Menoch. L. 2. pr. 39. n. 1. quare eam alleganti probatio
 incumbit. §. 4. I. de legat. l. 2. l. 5. l. 21. ff. de probat. l. 1. C.
 cod. Barbos. Locuplet. L. XXI. cap. 4. ax. 4. pr. Conf. Dn.
 Struv. S. I. C. exerc. 8. tb. 52. Et sane liberum est, si velint
 minoribus, postquam ad majorenitatem pervenirent,
 Fraternitates ab initio vitiosas non tantum inter se in
 parili minorenitate constitutos, sed & cum aliis majoribus
 contractas per ratihabitionem convalidare, l. 6. 5.
 §. 1. ff. de R. N. 95. §. 2. vers. aliquando ff. de solut. l. 42. de usur.
 adeo ut posteriores ad earum observationem etiam
 inviti teneantur, cum ipsis a tempore factæ statim Fra-
 ternitatis fuerint obligati, pr. I. de autor. tut. ibique Ba-
 chov. l. 7. §. 1. ff. de rescind. vendit. l. 13. §. antepen. de act. emt.
 junct. l. 19. ff. de R. I. Hahn. & Wessenb. tit. de past. n. 5.
 Dn.

Dn. Straub. *Diff. Justin.* V. apb. 29. non obſt. l. 29. ff. de R. I. c. non firmatur 18. de R. I. 6to. Vid. Bronchorſt. ad d. l. 29. Barbos. *Locuplet. Lib. XIX. cap. 30. ax. 1.* Nec hodie quicquam est frequentius, quam ut Fraternitates ejusmodi, præsertim a commilitonibus in scholis, opificibusque in eadem officina laborantibus aliisve tum adhuc minoribus conventæ, si non expresse, tacite tamen in majori aetate confirmantur.

TH. XI. Multo minus Fraternitatem Conventionalem sique Compotatoriam pacisci possunt ob defectum rationis ac voluntatis naturalem I. Infantes seu septennio minores. l. 18. pr. C. de jur. de liber. l. 1. ff. 2. de admin. tutor. §. 9. I. de inutil. stipul. l. 32. §. 2. de acquir. poffeff. l. 32. in fin. C. de inoffic. teſtam. vocabulo *sensus* pro usu rationis seu judicio accepto, uti recte explicat Dn. Stryk. *Tr. de jur. sens. proxim. n. 15.* ne quidem cum tutoris autoritate §. 9. Inſt. de inutil. stipul. cum hujus interpretatione non possit suppleri eorum intellectus, qui plane est nullus. dd. II. Dn. Eckolt. ad tit. ff. de autor. tutor. §. 1. nec quenquam fibi obligant, nec ullo modo obligantur. Hahn. ad *Wefenb. de pact. n. 5.* Dn. Eckolt. ad tit. ff. de O. & A. §. 20. n. 4. Dn. Struv. exerc. 6. tb. 30. II. Mente capti, tam in specie ita dicti §. 3. & 4. de curator. qui circa rabiem tranquilla quadam mentis alienatione labrant Bachov. ad d. §. 4. I. de curator. n. 4. l. 2. de inoffic. teſtam. quam furiosi, §. 8. I. de inutil. stipul. l. 5. l. 40. ff. de R. I. l. 22. §. 2. solut. matrim. l. 8. §. 2. ff. de opt. legat. l. 12. §. 2. ff. de jud. quales ab initio non presumuntur, arg. l. 6. ff. de curat. fur. cum quilibet res in naturali statu esse præsumatur, qui est cum ratione gentium esse, Menoch. L. F. pref. 45. n. 19. Quare mentis alienationem tanquam accidens alleganti probatio incumbit, l. 5. C. de codicill.

C

Barbos.

Barbos. Locuplet. L. 12. c. 3. ax. 1. in fin. & ax. 3. Dn. Carpzov. L. VI. Resp. 112. n. 7. Nec Fraternitates ab ipsis celebratæ a curatore recte confirmantur, *Dn. Struv.* exerc. 6. th. 37. Dilucida vero habentes intervalla tempore intermissionis recte eas paciscuntur, l. 6. C. de curator. furios. Fraternitates quoque ante furorem factas superveniens dementia non infringit, l. 20. ff. de injus. rupt. irr. test. furiosis similes sunt summa ac alienationem mentis inducente ebrietate obruti. arg. c. 14. X. de vit. & honest. cler. c. sane. 7. c. 15. q. 1. Dn. Lauferbach. in tr. Pand. synopt. §. 1. ib. 7. Quare nec ipsi Fraternitatem recte inire possunt *Dn. Eckolt.* ad ff. tit. de paet. §. 7. *Dn. Straub.* Diff. *Justin.* XII. apb. 7. *Dn. Carpzov.* p. 1. c. 25. d. 36. ubi in 6. seq. de probatione ebrietatis quoque agit; Nec ad initia observantiam in conscientia tenentur. Vid. *Blas.* Multib. de jur. potand. §. 21. p. 34.

TH. XII. Ob Moralem voluntatis defectum nequeunt Prodigi, quibus decreto Magistratus l. 3. l. 6. l. 16. de curator. furios. §. 2. I. quib. non est perm. fac. test. *Bachov.* ad §. 3. I. de curator. n. 3. *Dn. Carpzov.* p. 2. c. 15. d. 37. & 3. c. 6. d. 10. *Dn. Eckolt.* ad ff. tit. de curator. furios. §. 3. *Dn. Straub.* Diff. *Justin.* V. apb. 33. bonis est interdictum, l. 28. §. 1. ff. de paet. l. 40. ff. de R. I. *Dn. Eckolt.* ad ff. tit. de paet. §. 7. sine curatorum consensu, ut efficaciter obligentur l. 6. ff. de V. O. si damno ipsorum Fraternitates cedant dd. ll. Quid si juramento confirmaverint? Vid. *Dn. Straub.* Diff. *Justin.* V. apb. 34. fecus ergo est, ut firmæ sint Fraternitates ab his celebratæ, si ipsis sint utiles, conditionemque eorum faciant meliorem; cum ea quæ ex re ipsorum sunt, prodigi facere non prohibeantur, tanquam cessante, in metuenda patrimonii perditione fundata, l. 1. ff. de curat. furios. interdictionis causa,

causa, quare & effectus cessare debet, arg. l. 6. §. 2. ff. de Jur. Patron. l. 6. C. de LL. Dn. Carpzov. p. 3. c. 6. d. 11. aut ad sanos mores redierint, l. i. pr. ff. de curat. furios. de quo tamen cognoscere & decernere debet Magistratus Bachov. ad §. 3. I. de curat. n. 5. Dn. Struv. exerc. 3. th. 92. n. 3. Dn. Brunnemann. ad l. 1. ff. de curat. furios. & al. extr. min. n. 3. & C. ubi resipiscentiam notoriā excipit. Illud quoque certum est, prodigalitate eamque secuta interdictione bonorum, Fraternitates ante eam factas non infringi l. 20. ff. de injust. rupt. irrit. test. junct. l. 30. ff. de R. I. Sed dixerit aliquis, annon supervacanea est hæc de potestate harum personarum in Fraternitatibus Compotatoriis ineundis inquisitio, frustraneaque prorsus ejus negatio, cum toto fere die contrarium doceamur, qua ratione, licet non omnes, multa tamen, si non plurimæ ex iis sine tutorum aut curatorum consensu, præfertim cum ejus ad quamvis adhibitio non tam difficilis quam tædiosa esset, felicissime, nec quamquam contradicente, pro arbitrio Fraternitates celebrare consueverint. Et sane id fieri non negarim. Idem mihi cum aliis observare licuit. Sed male a factis ad jus inferrur. cap. ex litteris 3. de fid. instrum. Non quid fit, sed quid fieri debeat, spectandum est, l. 13. C. de sentent. & interj. Non enim omnia, quæ fiunt, recte fiunt. Quod filiorum familias sunt mutui sumtiones? Quod mulierum occurrunt fide jussiones? SCtis tamen & Macedoniano & Vellejano improbatæ, denegato eis omni effectu. Tacebo alia. Ergo cum Nos non de facto, sed de jure, an nimirum recte fiant, sintque ad effectum juris obligatoriæ? quæramus, nihil eorum allatio contra nostra aslerta suffragabitur.

Th. XIII. Bene tamen Fraternitatem Compatoriam inire possunt nostri temporis Servi. Antiqua enim illa servitute inter Christianos abolita, qua captivi cum aliis non permutati, lytro certo ab hostibus redimuntur, Schulz. *Synops. I. de jur. person. lit. a. Dn. Eckolt. ad tit. ff. de I. & I. §. 25.* omnes hodie homines sunt liberi, qui æque ac alii omnia paciscendi, contrahendi &c. jura habent, arg. l. 32. l. 209. ff. de R. I. Idem sentimus de hominibus propriis & rusticis in Germania. Vid. Schulz. *Synops. I. de inutil. stipul. lit. a. Dn. Struv. Jurispr. Roman. German. L. I. tit. IV. apb. 3. seq.* De servis Juri nostro Civili cognitis, an Fraternitatem inire potuerint? adhuc quæri posset. Utut autem antiqua penitus ignoranda non sint §. 1. I. de Testam. Ordin. magis tamen utilia, & quæ in ipsis rerum obtinent argumentis accipienda, juxta voluntatem Imp. *Justiniani* §. 3. proem. de confirm. Instit. add. Bachov. ad d. §. 1. I. de Testam. ordin. Barbos. Locuplet. L. 1. c. 49. ax. 1. Quare de iis, tanquam non amplius obtinentibus, non magnopere laborandum putavi. Fructuosus de *Filiis familiæ* est quæstio, quæ omnino affirmanda, si Fraternitas ab iis cum extraneo contrahatur. l. 19. §. 1. 21. §. 4. l. 28. §. 2. de pact. quod ex omni causa obligantur, l. 57. ff. de judic. 39. de N. & A. Removentur ergo pater, quod tamen in suavissima patria aliquando inter quos Epicuri de grege porcos, licet Poëtæ verbis uti, factum memini: & Fratres naturales & legitimi, etiam post mortem patris, cum quibus Fraternitatem inire non possunt, tum quod inter patrem & filium conventio efficax regulariter iniri non possit, l. 7. ff. de O. & A. l. 4. l. 11. ff. de judic. l. 2. ff. de centr. emt. l. 6. C. de bon. qua. liber. l. unic. C. de casr. pecul. tum, quod jam amore & amicitia, per
 Frater-

Fraternitatem alias concilianda hæ personæ omnes sibi invicem arctissima jungantur. §. fin. I. de noxal. act. l. 8. §. 3. ff. quod met. cauf. l. 7. C. de curat. furios. l. 77. §. 20. de legat. 2. l. 41. §. 4. & 6. de fideic. lib. Accedit, quod æquallitate quadam per Fraternitatem inducta, facile patris minui posset autoritas, quam tamen filius semper revereri can. i. distinct. 38. arg. l. 2. ff. de I. & I. honestamque ac sanctam habere debet, l. 1. l. 2. l. 9. & l. 10. ff. de objec. preß. Possunt præterea Fraternitatem Compotatorialm celebrare Fæmine, cum pro lubitu contrahere l. 12. C. de pignor. resque suas libere alienare, l. 6. C. de revoc. donar. adeoque consentire queant sine curatorum consensu de Jure Civili, dd. II. quanquam de Saxonico aliud dicendum videatur. per Novell. const. August. 15. p. 2. nisi eis fuerit utilis Dn. Carpzov. ad d. c. 15. def. 17. Utroque ergo sexu Fraternitatis inire valente, de Hermaphroditis minus dubitandum erit, non attento, an magis in sexum foemineum, an masculinum inclinent, secundum quem alios æstimantur, per l. 10. ff. de stat. homin. inque dubio pro masculis habentur. Dn. Eckolt. ad ff. tit. de stat. homin. §. 2. Sequuntur Senes, qui, cum prædicti sint facultate consentiendi, arg. l. 16. C. de donat. l. 3. C. qui testam. fac. poss. nec a potestate Fraternitatis Compotoriæ celebrandæ removendi erunt, nisi sene&tus rationis usum simul sustulerit. Eodem numero censendi sunt cœci; arg. l. 9. ff. de adopt. Dn. Stryk. Tr. de jur. sens. Dissert. II. c. 3. n. 10. Et muti & surdi, l. 4. §. 1. ff. de pact. l. 48. de O. & A. sive nati sive facti, l. 1. §. 7. ff. de Ædil. Edict. §. 3. I. quib. non est perm. fact. testam. ut Fraternitatis pactum celebrare queant; modo intellectu & voluntate instructi, de eo, per sensum visus aut auditus, signis, litteris aut verbis, secundum conditionem co-

rum adhibitis, edocti, sui quoque animi sententiam per litteras vel signa, quorum expositione cognati ipsorum quandoque adhibendi, qui eorum notitiam habeant. *Dn. Stryk. Tr. de jur. sens. Differt. IV. c.3. n.16.* exprimere valeant. *I. 43. pr. ff. de procur. I. 52. §. pen. & ult. ff. de O. & A. I. 65. §. 3. ff. ad SCT. Trebell. I. 124. ff. de R. I. Dn. Stryk. d. l. n. 12. Dn. Straub. exerc. 6. thes. 36. Dn. Straub. Differt. Justin. XII. apb. 7. add. late Matth. Cupo de pac̄t. L. 1. c. 15.* Tandem Nobiles & Ignobiles, Clerici & Laici, Doctores & Studiosi, aliisque non prohibiti ad celebrandum Fraternitatis pactum admittuntur.

TH. XIV. Vidimus haec tenus personas, quae Fraternitatis Compotatoriæ pactum inire vel non inire possint; nunc methodi ratio, *Cum quibus id licite celebretur, illarum considerationem postulat.* Et fere dicendum, Fraternitatem licitam esse cum omnibus iis, cum quibus Juris Gentium est communio. *Dn. Straub. Differt. Justin. XII. apb. 8.* Non ergo discrimen Religionis, sive receptæ in Imperio nostro, sive rejectæ, hic admittendum. Quare Protestantes cum Pontificiis, hosque rursus cum illis salva conscientia Fraternitatem Compotatoriæ pangere posse extra dubium est. Valida ergo fuit, quam ex erudito, qualia ipsius sunt, Viri Magnifici, admodum Rever. & Excell. *Dn. D. JOHANNIS SAVBERTI*, Patroni, Fautoris & Hospitis submisso colendissimi, inter cœnandum aliquando habito discursu accepi, illa in Academia Helmstadiensi inter Abbatem & Nobilem quendam contracta. Pariter eadem cum Judæis & Hæreticis, etiam Turcis, licite initur Jure tam Civili, *I. 8. I. 9. C. de Jude. & cœlico. Dn. Straub. Differt. Justin. XII. apb. 8. add. Dn. Carpzov. p. 3. r. 13. d. 36.* quam Naturali, vid. *Grot. L. 2. de J. B. & P. c. 15. §. 8. seq.*

§. 8. seq. ibique Dn. Simon. & Ofiand. observ. ad tb. 10. nisi quales multos reperias, scrupulum sibi quis in conscientia faciat, dubitante enim conscientia nihil in quoconque rerum genere est faciendum, secundum Rom. XIV, 23. 1 Cor. VIII, 7. aut conditiones religionem pulsantes in se contineat. Dd. alleg. in Grot. d. l. Excipe tamen Manicheos. l. 4. pr. §. 2. & 3. C. de heret. & Manich. Quanquam, re extra leges Civiles, conscientiam omnino stringentes, penitus considerata, Fraternitas cum his contracta Juri Naturæ non contrarietur. Et prorsus exclude Atheos practice tales, vid. Nazit. de Consc. Advoc. c. 1. n. 67. add. Pufendorff. de J. N. & G. L. 3. c. 4. n. 4. quia non Deo, multo minus ergo hominibus fidem servant. Pietate autem adversus Deum sublata, fides & socialis ille amor tollitur. Hinc eos utique Jus Naturæ abhorrende, dicit Excell. Dn. Ziegler, Lumen illud JCtorum Wittebergense, in Not. ad Grot. L. 2. de J. B. & P. cap. 15. §. 8. Quamvis vero cum Hæreticis, Judæis, Turcis aliisque infidelibus secundum hactenus dicta licite contrahi possit; Tuitius tamen est ab ejusmodi Fraternitate abstinere. Præterquam enim, quod corrumpendæ veræ fidei c. sepe malorum. c. nullus. c. 28. qu. 1. totiusque adeo animæ salutis periculum non leve subfit, haud uno ad eundem scopulum hac via colliso, facile infirmorum animos offendere posses, ipsis si non cum adversariis prorsus colludere eorumque idolatriam approbare, de veritate tamen tuæ religionis dubitare visus. Quinimo nemini de offendiculo alterius certo salva est Fraternitatis cum alienis a religione nostra celebratio; cum res per se licitæ intermitti debeant, si sine scandalo usurpari nequeant, 1 Cor. VIII, v. 12. seq. vid. Balduin. L. 2. Cas. Conscient. c. 6. cas. 6. & 9. De Ofiand.

Osiand. ad Grot. de J. B. & P. L. 2. c. 15. tb. 10. observ. unic.
Præterea inita vix ac ne vix quidem vero candore nitetur, adeoque nunquam ei tuto credendum. Una enim religio homines reddit invicem amantes. Vid. Oldenburg Itiner. German. Polit. p. m. 174. Et notæ sunt periculose quorundam ex iis doctrinæ, quibus, contra legem naturæ cuvis hominum a Deo inditam, fidem hæreticis non servandam: Quinimo omnes religioni ipsorum non addictos ferro & igne juste tollendos esse docent & dicunt. Unde facile ad consilium in tui perniciem non tam capiendum, quam perpetrandum adduci possent.

TH. XV. Nec refert, *æquales conditiones & dignitate sibi sint pacientes, an inæquales.* vid. l. unic. §. 10. C. de latin. libert. toll. Licit ergo est superiorum cum inferioribus Fraternitas. Et recte Princeps cum subdito eam init, l. 15. ff. de publican. Nimirum maxima Principibus est affectuum vehementia, qua, licet defixiorem cultum & admirationem populo injuncturi ei quandoque subducere, neque cuvis nimis vulgare debeant majore ex longinquò majestati reverentia accedente, continuo contra conspectu magnos viros ipsa satietate minos verendos faciente; vid. Marselaer. de Legat. L. 1. Diff. 19. non raro tamen hominem etiam prima modo vice visum subitaneo motu clarissimis mirificæ prorsus gratiæ signis prosecuti, Fraternitate quoque Compotatoria sibi jungunt, ne semihorulæ quidem spatiū victuri, nisi perpetuo illius conversationis usu fruantur. Vid. B. Dn. Schupp. in Regenten-Spiegel c. 4. p. m. 41. At fortuna talismodi ministri tanto est deterior, quanto periculosior. Facile enim prodi ta animi intemperantia ulteriore, præter ludibrium, cui

cui se exponit, honoris & promotionis gradum impedit. Et, pro more rerum humanarum, quo fortuito ceptæ, fortuito quoque solent finiri, plerumque Principes brevi satiati, favore in odium converso, ejusmodi Ministri, præfertim ingenio ejus non recte aestimato, in usurpanda gratia paulo liberioris, ne dicam importunioris, amicitiam si non prorsus deponunt, novam tamen ei superinducunt, prioris non tam contemptu, quam certissima ruina insequente. *Elegant.* de hoc egit. *Dn. Scharschmid.* in *Colleg. Privat. de Stat. Curios.* c. 5. ax. 2. seqq. Caveat ergo sibi quisque inferiorum a Fraternitate cum Principibus ineunda; aut ad eam tandem commotus ne illi nimium confisus quicquam intumescere discat. Quinimo quo magis se efferrri intelligat, eo plus humilitatis & reverentiae exhibeat. Sic enim constantior Principum erga illum erit favor, fortunaque securior. *Vid. Gvazz.* de *civil. convers.* *Diss. IV.* p. 3. queſt. 5. Idem de *Persona* in dignitate Consulari forte Praetoria aut Senatoria aliave publica constituta & civibus subditisque est dicendum. Nec obstant l. 33. ff. de R. C. l. 3. C. si cert. petat. l. 46. ff. de contrab. emt. l. unic. C. de contract. judic. similesque, quibus Officialibus durante sua administratione cum subditis contrahere & negotiorum prohibitum erat; utpote quas in Magistris & Officialibus non amplius obſervari & moribus hodiernis antiquitas esse testatur. *Dn. Eckolt.* ad ff. tit. de R. C. §. in fin. & tit. de contrab. emt. §. 3. allegato idem testante *Mejer.* in C. I. A. de contrab. emt. tb. n. add. *Matth. Cunon.* de pacific. Lsb. 1. c. 25. n. 5. *Dn. Strauch.* *Diss. Inst. XIII.* ap. 3. in fin. atque *Dn. Brummemann.* add. l. 33. de reb. cred. num. ult. Nec est dubium, quin Domini cum Vasallis, arg. 2. F. 3. §. 1. in fin. Nobiles cum Studioſis, vid. *Blas.*

D

Multibib.

Multibib. de jur. potand. §. 23. Advocati cum Clientibus l. 6. §. fin. l. 7. ff. mand. l. 5. C. de postul. l. 15. C. de procur. præfertim si palam & bona fide fiant, Matth. Cuno. de pacit. L. 1. c. 25. n. 4. Studioſi cum Doctoribus & Magistriſ, imo & Scholaribus, vid. in. Multibib. d. tract. §. 22. Fraternitates celebrare queant. Nec est illicita inter Studioſos & Mercatores, nec diſſuadenda, cum multa ſe- pius Studioſis tum in literis alio mittendis, tum mate- ria veſtimentorum emenda afferre ſoleat commoda, mercatoribus non pro levi gloria ſibi eam ducentibus. Certe novi quendam, qui ejus utilitatem reaſpe mul- toties expertus eſt. add. Blaf. Multibib. d. tract. §. 24. Alia quaſtio eſt, an Paſtores atque Miniftri Eccleſiae cum rusticis eam pangere poſſint? Et ſane, re per ſe ſpecta- ta, minime prohibentur, nec peccant? Quanquam tu- tius agant, ni ab ea abſtineant, cum facile aliis ſimpli- cibus & imperitis per eandem nocere poſſint, quod i- pſis omnino eſt cavendum.

Th. XVI. Opera quoque preſtium eſt investi- gare; An Praeceptores Scholarum cum tibiſinibus & discipulis; nec non Domini cum famulis Fraterni- tam rechte ineant Compotatorium? Non enim adeo diu eſt, ubi ea contigerunt. Ac licet, ſi fit extra alio- rum offendiculum, quod tamen praecipue circa diſci- pulos vix fieri exiſtimari, non peccent; tutiorem tamen judicarem negativam ſententiam, adeoque ejus abſtinentiam potius fuaderem. Ut enim taceam, haud levem ſa- pius inter inaequales Fraternitatis vinculi in- firmitatem eſſe, amicorum, ſi Tacito de Vitellio loquenti fides eſt, L. 3. H. n. 88. quanto clarior ſit, minus fido: ab humanitate quidem favor, a gravitate cultus, a anima familiaritate non tam apud inferiores i- pſos, quam alios etiam

etiam contemptus nascitur. l. 19. pr. de offic. Presid. Viles enim, qui nimium civiles. Tanta ipsis inferioribus exinde accedente audacia, ut & in conspectu aliorum Virorum Dominis interloqui, ne dicam contradicere. Præceptorumque iussa vilipendere non erubescant. Quod, an ad angendam autoritatem faciat, judicent alii. Et prestat Virum sedatum ac gravem dici, quam nimis facilem aut festivum, cui a classe fatuorum haud procul locus est. Neque illud hactenus a me impetrare potui, ut crederem honestioris conditionis hominem citra omnem existimationis suæ apud graves Vitos onerationem cum infamibus, quales præter alios furti quoque & injuriarum damnati, l. 4. §. fin. l. 6. pr. ff. de bis, qui not. inf. etiam in foro Saxonico, tum Communia, uti ex aliis tradit Schulz. Synops. J. de pœn. tem. litigant. lit. e. tum Electorali, quam jura correctoria, quale Nov. 42. p. 4. Electoris Augus. sane est, extendenda non sint ad causum de quo expresse non loquuntur arg. l. 1. §. 20. ff. de exerc. aët. adeoque expresse non mutatum stare non prohibetur, l. 27. C. de testam. l. 32. §. 6. C. de appellat. levisque nota macula notatis & malis Fraternitatem pangere posse, etiamsi eos vitæ antea&tæ pudeat, illa in melius mutata l. 43 d. ff. de R. N. Dn. Eckolt. ad ff. tit. de bis, qui not. inf. §. 12. n. 9. Noscitur enim ex socio, qui non cognoscitur ex se; ut vetus habet versiculus. Vid. Dn. Carpzov. p. 2. c. 6. def. 14. n. 1. similiisque quis præsumitur illis, cum quibus ipsi est amicitia, consuetudo & familiaritas l. 19. C. de Episc. & cler. l. 28. de inoffic. testam. Similia enim plerumque simili adhærescit, l. 15. §. 18. ff. de injur. nihilque communius, quam mores, etiam imprudenter, a conversantibus formari, l. 25. §. 6. Aëdil. Edict. malorum confortiis bonos corruptentibus c. sape 28. qu. 1. Vid.

D 2

Barcholt.

Barcholt. Tr. Feudal. c. 8. n. 121. Hinc parentibus filios talismodi culpata Fraternitatis de ea vitanda non tantum admonere & castigare, l. unic. C. de emend. propinq. l. 3. C. de patr. potest. sed etiam in contumacia perseverantes citra carceris privati pœnam, de qua vid. l. 1. C. de privat. carc. clausos detinere, quia hoc ad correctionem morum, non ad custodiam facit, vid. Schneidew. ad J. de patr. pot. n. 25. Quinimo desperatæ pene emendationis in domum disciplinarem, vulgo ein Zuchthaus, (de qua ad coercendum otium & malitiam in Electoratu Saxonicu extrema in comitiis præterita hyeme Dresdæ habitis deliberatum fuit) interveniente magistratus eorumve, quidem ædium hujusmodi inspectio credita, autoritate detrudere licet. l. unic. C. de emend. propinq. arg. l. 3. l. 4. C. de patr. potest. add. Deuteron. XXI, 18. seqq. vid. Römer. Diff. de Caut. abund. in contract. sub Präsid. Dn. Stryk. Francof. M. Octobr. A. 1678. habit. c. 1. n. 14. seq. Præsertim cum quis Fraternitate Corripotatoria cum malis contracta, facile exinde inquisitioni & quandoque torturæ subjici possit, conversatione cum malis inquisitionis causam, juxta Dn. Brunnen. in Proc. Inquis. c. 4. n. 34. per l. 25. §. 6. ff. de Ædil. Edict. & arg. l. 3. §. 2. ibi solicite curare, qualiter conversetur, ff. de admin. tutor. & torturæ indicium præbente, modo aliud adminiculum concurrat, juxta Zang. Tr. de Quest. & Tort. c. 2. n. 127. & 204. arg. de l. 25. §. 4. & 6. ff. de Ædil. Edict. & Ordin. Crim. Carol. V. art. 44. von Zauberey genugsame Anzeigung, ibi, auch sonderliche Gemeinschaft. Viderint ergo, quam bene existimationi suæ consultant, qui cum adulteris, furibus, spuriis, meretricibus, carnificibus, lictoribus, similibusque egregiis personis Fraternitatē inire consueverunt, nulla tituli publice ipsis collati, quo præ aliis eminent, habita

bita ratione. Exempla afferre supersedeo, enarratione eorum quam copiosa, tam odiosa exitura. An autem de Fraternitate cum Legitimato contracta idem sit dicendum? collige ex iis, quæ tradit Dn. Carpzov. p. 2. c. 6. d. 15. seqq. & Dn. Eckolt. ad tit. de his, qui sūi vel al. §. seqq. add. Naz. de Conf. Adv. c. 1. n. 54. seqq.

TH. XVII. Nec quicquam Fraternitatem impedit *Diversitas Sexus*; nec attenditur solutine sint, an ligati. Bene ergo uxores & virgines, tam inter se, (notum enim est, masculinum sub se continere foeminum, l. 7. ff. de jurisd. l. 62. ac legat. 3. l. 1. ibique Gedd. de V. S. add. Barbos. Locuplet. L. XIII. c. 13. ax. 1. & Fratrum appellatione etiam forores contineri l. 35. ff. de pact. l. 92. §. 3. ff. de legat. 3. l. 78. §. 5. ff. ad SCr. Trebell. ut adeo idem de nostra Fraternitate dici possit; quanquam non contradicam, si fororietatem appellare velis, modo vocabulum habeatur,) quam cum viris juvenibusque eam inire possunt. Nec sane infrequentes sunt eæ, exemplo, præter alia quamplurima, nuper admodum in itinere meo observato. Quanquam satius forte sit, sibi ab eis præfertim posterioribus quoquo modo cavere; cum facile quædam non tam magnæ familiaritatis & voluptatis, quam pudicitiae non ubique intactæ & immaculatae opinio suboriri possit, arg. l. 1. §. 5. ff. de postul. l. 8. §. 3. C. de repud. & jud. Sæpius enim contingit, ut via per Fraternitatem ad intimum admissionem strata, non multo post infante subsequuto stuprum omnibus patuerit. Vid. Blasius Multib. de jur. potand. §. 25. p. m. 48. Similiter inter notos & ignotos, peregrinos & cives Fraternitas confistere potest. l. 2. pr. ff. de pact. Quamvis levitatis haud obscuræ argumentum exhibeat, amicitiam inter pocula aliis incognitis, quos forte primum vidimus, & quorum virtus nobis

D 3

non

non est perspecta, vel unius vini haustu mercandum venum protrudere: cum saepe quem Theseum aut Proculm, Pyladem aut Orastem putasses, ipso Catilina sit molestior. *Dn. Simon. in Diff. de jur. pocul. c. 4.* Et, ut hæc finiam, sole meridiano, puto, clarus cuvis apparebit, tutissimani esse Fraternitatem cum personis ejusdem fidei, nobis non multum inæqualibus, ante cognitis ac moribus probatis suscepimus. Ita enim præstantior & certior, sine contemtu existimationisque, nota, amicitia conciliabitur. Vid. *Dn. Simon. in Diff. de jurib. pocul. c. 4.*

TH. XVIII. Fit Fraternitas nostra *mutuo pacientium consensu, inter compotationem declarato l. i. §. 3. ff. de paet.* Videre ergo est, non sufficere unius voluntatem & oblationem, *d. l. i. §. 2. ff. de paet.* sed alterius acceptatio accedat, neesse esse, sine cuius interventu nondum est Fraternitas arg. dd. II. junct. l. 10. l. 19. §. 2. ff. de donat. Consensus vero iste mutuus expresse declaretur, declaracionem enim voluntatis quævis conventio requirit, *l. i. §. 2. ibi idem duorum placitum. ff. de paet.* *Dn. Stryk. Tr. de jur. sens. Diff. X. cap. 4. n. 3.* an tacite, ex quo abunde id capiatur, non intereat, *l. 2. pr. l. 4. ff. de paet.* Est enim idem hujus, ac illius judicium, *l. 3. ff. si cert. petat. l. 21. ff. de jur. dot. l. 94. ff. de V. O.* quando verba expressa pro forma actus non requiruntur. *Barbos. Locuplet. L. V. c. 36. ax. 9.* *Dn. Carpz. L. V. Resp. 105. n. 12.* Expressa voluntatis declaratio expeditur quibusvis verbis arg. *l. i. §. 2. ff. de paet. l. 14. §. 3. de conf. pecun.* Quæ enim signa apertius voluntatem animi demonstrant? *l. 7. §. 2. ff. de suppedit. legat. l. 21. §. 1. ff. de tutor. & curator. Conf. l. i. §. 3. ff. ad L. Cornel. de fiscar.* Qualia autem communiter adhibeantur? Vid. ap. *Blas. Multib. de jur. pot. §. 20.* aut Nutu, *l. 52. §. fin. ff. de O. & A. l. 65. §. 3. ff. ad SCt. Trebell. ibique Gothofr. lit. a. Dn. Struv. exerc. 6.*

exerc. 6. tb. 34. aut quandoque pro ratione paciscentium
 Literis. conf. supr. tb. XIII. Tacitaverò Fraternitas con-
 trahitur, si quis actum aliquem gerat, ex quo sufficienter
 eum consensisse colligi possit. Qualis est, si præsens sit
 ac ad oblatam Fraternitatem taceat, c. qui taceat. 43. de R.
 I. in 610. l. 13. §. fin. ff. locat. modo (1) eam contradicendo
 impedire potuerit. l. 5. ff. de adopt. l. ult. 63. de re judic.
 Tunc enim patientia cum scientia habeatur pro consen-
 su. l. 1. §. 5. ff. de exercit. act. l. 1. §. 3. ff. de tribut. act. 6. §. 2. ff.
 mand. Quod non obtinet tantum, si quis uni, sed & mul-
 tis Fraternitatē obtulerit, ut cum omnibus, qui non
 contradixerunt, contracta videatur. arg. dd. II. Quid si
 vero, si quis absens oblatæ forte ab aliquo toti fidelitio
 Fraternitati superveniat & taceat, an consensisse & Fra-
 ternitatem cum eo iniisse intelligatur? Videtur dicen-
 dum, quod sic; dum enim contradixit, pro consentien-
 te habetur, per ll. supr. alleg. Verum enim vero cum hæc
 procedant de eo, qui jam de obliganda sua persona cer-
 tus est, l. 6. §. 2. ff. mand. qualis tamen, proposita jam an-
 te plenam ipsius præsentiam cæteris Fraternitate, hic
 non erat; Ergo nec consensisse, nec Fraternitatem iniisse,
 multo minus ad eandem observandam obstrictus esse
 censetur, l. 55. ff. de Ædit. Edict. Carpz. p. 2. c. 11. def. 30. n. 10.
 Conf. Barbos. Locuplet. L. XVIII. c. 1. ax. 6. aut (2) ea ipsi
 sit utilis, qualis censetur cuidam ab homine ipsi non
 adeo inæquali moribusque probatis & bene cognito
 oblata, in quam præsens ac tacens præsumitur consen-
 sis. Menoch. L. 2. praf. 74. n. 6. Dn. Carpz. L. VI. Resp. 101.
 n. 14. Aliud ergo dicendum, si oblatam Fraternitatem
 contradicendo impedire haut potuerit, l. 39. ff. de pignor.
 act. l. 63. ff. de judic. Bronchorst. ad l. 142. ff. de R. I. aut ea
 ipsi præjudicio & commodo cedat. l. 8. §. 1. ff. de procur.
 l. 5. ff.

l. 5. ff. de S. P. U. l. 8. §. 15. ff. de quib. mod. pign. Hinc persona egregia, forte Doctor aut Studiosus in oblatam sibi praesenti a licore similive Fraternitatem tacendo confessisse non presumitur, cum existimationem ejus quodammodo laedat, adeoque præjudicio ipsi sit non minimus, vid. *Dn. Carpz. L. VI. Resp. 101. n. 14.* nisi præter illam suam praesentiam & taciturnitatem etiam ad factum aliquod, unde consensu colligatur, progressus fuisset, puta, si de Fraternitate hac noviter inita gratulationem admisisset &c. vid. *Berlich. p. 2. concl. 57. n. 65. & 69.*

TH. XIX. *Liber tamen & spontaneus* sit consensus iste mutuus, necesse est. *l. 116 ff. de R. I.* Ergo quemadmodum facta Fraternitatis oblatio, mutata voluntate, ante acceptationem revocari potest, *l. 3. pr. §. 1. ff. de pollicit. Dn. Struv. exerc. 6. tb. 33.* ita & libera alteri est oblationis acceptatio, *d. l. 3. l. 1. §. 2. ff. de pact.* Hinc facilis est responsio ad questionem: *An per recusationem Fraternitatis Compotatoria injuria offerenti inferatur?* Nimirum sunt nonnulla, quorum recusatione plurimi, ne dicamus omnes, gravissimam sibi putant fieri injuriam, non aliter nisi alapis aut gladio vindicandam. Hujusmodi est denegare juveni choream, &c. ut alia taceam, abnuere Fraternitatem, cum hac ratione alter tacite contemnat & vilipendat offarentem; sui vero parvipensionem nemus pati tenetur, ut loquitur *Chassan. ad Confuct. Burgund. rubr. 6. §. 4. n. 17.* Verum enim vero satis absurde. Negatur enim ullam hic subesse injuriam, quia Fraternitatem pacisci factum est miri arbitrii, ad quod nemo invitus tenetur. *l. 3. §. 1. ff. de recept. arbit. l. 1. §. 2. ff. de pact. junct. l. 116. ff. de R. I. Dn. Carpz. p. 2. c. 1. d. 11. n. 7.* Ergo renuens utitur suo jure, & per consequens nemini facit injuriam. *l. 13. §. 1. ff. de injur.* Et porro non statim colligen-

ligendus exinde personæ contemptus. Possunt enim aliae subesse causæ, ob quas recusatur Fraternitas, forte pejeratio &c. Secus sequeretur, & omnes me tacite contemnere, qui beneficium accipere, aut mecum contrahere denegant, cum hac ratione mea vilipendere fidemque meam in dubium vocare videantur. Conf. l. 5. C. de O. & A. Minus ergo juris erit offerenti alapa recusantem excipere, aliove modo male tractare; cum cessante offensione, cessare etiam debeat defensio. Quinimo, etiam si recusationem Fraternitatis ponamus esse injuriam, quæ tamen non est, neutiquam tamen alapa licite dabitur. Nemini enim competit facultas sibi jus dicendi, vindicta privata prohibita. Præterea hoc casu nulla inter offensionem & defensionem observaretur proportio. Recusatio enim Fraternitatis, si sit, injury fane erit verbalis, quam armis aut verberibus repellere neutiquam licet. Dn. Ostend. ad Grot. L. 2. de J. B. & P. c. 1. tb. 10. obser. 1. in fin. Vid. Dn. Eckolt. ad tit. ff. de injur. §. 21. Interim tamen hoc casu facilius forte offerens, alapam renuenti infligens excusari posse videtur, si hic mox alias, præsertim tenuioris conditionis hominis Fraternitatem admittat. Quo casu absque contumacia & contemtu vix poterit in pari causa denegare, quod alteri mox concedit. Ideoque si prior persona sit nobilis vel egregia, quæ repulsam tulit, atque manibus suis aut ori nonnihil scientiæ indulget, ignoscendum ei videtur, quod sui contemnum voluerit ulcisci. arg. l. 10. §. 6. ff. de bon. libert. Juste tamen ne hoc quidem casu alapam inferri putaverim, cum Fraternitatem recusare factum sit meri arbitrii. Nec virtio vertendum renuenti, si magis unius amicitiam eligat, quam alterius. Nam & offerentes non unumquemque eodem prosequuntur affectu, majorique cum

E

hoc.

hoc, quam cum alio conversandi desiderio trahuntur. Ergo mores, quos quis in se probat, in altero improbare nequit. *arg. l. n. C. dicit in offici. test.* Quanquam in me non suscepimus, ut oblatam forte Fraternitatem renuens ab alapis immunis praestaretur. Usus certe quæstionem sæpius me ita decidens credulitatem suadet. Sane videndum equidem est, ut oblatas, præsertim non adeo honorificas & amabilis Fraternitates declinare possis; non tamen immutabili ubique, si cum incommodo coniunctum sit, pertinacia et insistendum. Effugias, alapas, offendam certe & odium occultum incurres; unde pluribus, si non ruina, tamen stetit periculum non minimum. Ergo maxime cuivis vitanda. Quid? quod sæpius æmulios habeas Fraternitatem studio tibi offerentes, quo rebus ejus facta, quasi maxime offensi aliquam infestationis prætextum nanciscantur. Non enim ex æmulatione, sed ex justo dolore odium & iram in illum conceperis volunt videbiti. Est ergo quædam sapientiae pars, seculi moribus, quando illibata conscientia fieri potest, morem gerere, & omnem æmulis invidiae occasionem præripere.

TH. XX. Liber vero consensus, si duobus ejus principiis *Cognitione & Appetitu *five intellectui atque voluntati nihil obsit. Obsunt illis. (1) Error, l. 116. §. 2. ff. de R. I. l. 15. de jurisd. qui si circa Substantialis sit, qualis est circa individuum, cum quo voluisti Fraternitatem celebrare, v. g. si, velis Cajum, & is Sejus sit; circa facultatem pacificandi denegaram & Fraternitatem ipso jure nullam facit, l. 51 ff. de pac *non tamen præsumitur; ergo ab allegante est probandus, l. 4. C. de jur. & fact. ignor. vid. Barbos. Locuplet. L. V. c. 16. ax. 1. Circa accidentalia vero contingens; qualitatem forte vel internam vel externam***

ternam alterius partis, ut sunt vitia corporis & animi, cecitas, defectus fortunarum, ebriositas, diversitas religionis, delictum commissum &c. nec Fraternitatem ineundam impedit, nec initam dirimit, arg. d. l. 51. ff. de pact. conf. Dn. Straub. Diff. Justin. XV. apb. 9. (2) Dolus l. 116. ff. de R. I. qui tamen non præsumitur, l. 51. ff. pro soc. sed perspicuis indiciis est probandus, l. 6. Cap. de dol. l. 23. §. de probat. l. 10. inf. C. de rescind. vendit. & denique (3) Metus, l. 116. ff. de R. I. qui tamen debet esse justus, ut inconstans etiam hominem cadat, l. 5. & l. 6. ff. quod met. caus. nec repelliri possit, l. 2. ff. eod. qualis est mortis, l. 7. §. 1. ff. quod met. caus. verberum, cruciatus corporis, l. 4. C. eod. etiam per minas illatus, l. 7. C. de his que vimet. modo eas denuncians alias exequi solitus fuerit, vel ex aliis rationibus earum executio juste metuenda, Menoch. L. 3. pref. 126. n. 24. seqq. Dn. Strv. exerc. 8. th. 13. Facile ergo judicandum, quia sentiendum sit de casu, quo provocationem ad duellum, (so müsse er sich mit ihm schlagen) aut alaparum inflictionem alter admodum robustus alteri infirmiori comminatur, nisi Fraternitatem secum pacifceretur. Certe metu justo eam initam esse nemo negaverit. Subest enim timor, si non mortis ipsius, tamen cruciatus corporis, vulnere accepto, ex duello, cui tanquam illico alias salva conscientia se committere non potest, nec debet, facile consequuturi. Idem de alapis esto: cum non tantum verborum nomine comprehendantur, in l. 15. & 40. ff. de injur. sed & cruciatum corporis indubitato importent, cuius utriusque justus & metus. Quid? quod alapa gravior reputatur, quam vulnus, propter ignominiam adjunctam. Vid. Dn. Ofstand. ad Grot. L. I. de J. B. & P. 2. th. 8. observ. 2. non tantum militibus, sed etiam Studiosis præprimitis juris; cum hi intitul

tuitu vitæ futuræ omnino militibus sint æquiparandi propter elegantissimam, L. *Advocari.* 14. C. *de adv. divers. judic.* Dn. *Seidel.* in *Ciss. de Alap.* cap. 4. n. 62. seqq. Conf. Dn. *Stryk.* *Tr. de jur. sens.* *Diss. III.* cap. 2. n. 13. & Dn. *Höpfners Diss. de Jur. Litter.* circa vicinos strepit. nuper admodum sub moderam. Dn. *PRAESID.* *Patroni & Promotoris studiorum* meorum nunquam non sancte devenerandi, habita cap. 2. n. 10. seqq. Excluditur ergo metus *vanus*, si malum, quod intendit, in inferentis potestate non sit, l. 7. ff. *quod met. cauf.* aut suspicio tantum mali inferendi ex alterius autoritate, aut reverentia ipsi debita contracta, l. 9. pr. ff. eod. Non ergo metu facta dicenda Fraternitas, si quam Rusticus aut Civis cum nobili vel persona Magistrali, Scholaris cum Studioso aut alias inferior cum superiori inierit, l. 6. C. *de his que vi met.* add. *Struv. exerc. 8. tb. 13. n. 2.* Idem dicendum de Fraternitate ad verba sequentia: *Wann er es nicht thäte, so wolte er ihn öffentlich zum Schelmen und &c. machen, contracta, cum infamia frustra a minante metuatur;* existimatio siquidem cuiusque a judicio summi imperantis legumque dependet, l. 7 pr. ff. *quod met. cauf.* Vid. *Pufendorff. de J. N. & G. L. c. 4. §. 8.* Quid vero, si efferens recusantem interrogaverit: *An vellet, nec ne?* *Er sollte es nur sagen, ob er wolle oder nicht?* hicque cum Fraternitatem oblatam acceptaverit, an metu ad eam fuerit compulsus? Putarem esse negandum. Nemo enim alterum & paciscendum metu compellere præsumitur, l. 2. C. *de his que vi met.* quia metus succusio est delictum, quod non præsumitur, l. 51. ff. *pro soc.* l. 15. *de condit. insti.* *Menoch.* l. 3. *præf.* 126. n. 1. adeoque alter animum potius Fraternitatem adhuc semel ei offerendi, quam malum eumque eo compellendi soveri censetur, l. 56. & l. 192. §. 1. ff. *de R. I.* Impunitabit

bit ergo sibi alter quod nimium mediculosus rem nullam frustra timuerit, *l. 7. pr. ff. quod met. caus.* nisi, quod cuique cum alleganti incumbit, *l. 2. l. 21. ff. de probat.* metum justum edoceat, quod vel conjecturis & præsumtionibus expedire potest, *Menoch. d. l. 3. pref. 126. n. 11.* forte quod offerens sit iratus & alias audax ac robustus, quodque clam aut in loco solitario Fraternitatem prædictis verbis offerat. Vid. *Barbos. Locuplet. L. XII. c. 30. ax. 1.* *Menoch. d. l. n. 10.* quas *Judex arbitrabitur.* *Dn. Strauch. Diff. Justin. II. apb. 23.* Nec admittitur metus purgatus; quem purgasse præsumitur ille, qui omnino voluntarie Fraternitatem ante initiam observavit, *l. 2. C. de his que vi met. v. g. si Fratris nomine alterum appellaverit.* Vid. *Menoch. L. 3. pref. 126. n. 25.* Secus tamen est, si incontinenti post illarum metum fuerit factum, cum hic semel illatus præsumitur durare, si duret eadem causa cogendi & nocendi potestas, *cap. cum locum 54. X. de sponsal. cap. accedens 10. X. de procur.* *Menoch. d. l. n. 29.* Nec denique metus justus Fraternitatem ipso jure facit invalidum, quia non prorius consensu destituitur, *l. 21. §. 1. ff. quod met. caus. l. 5. C. eod.* sed eam vel per actionem vel exceptionem infirmat. *Dn. Strauch. Diff. Just. XII. apb. 14.* Quid vero juris sit, si Fraternitatem metu initiam juramento confirmaverint? vid. ap. *Dn. Straub. exerc. 8. th. II.* *Dn. Eckolt. ad ff. tit. Quod met. caus. §. 1.* *Dn. Straub. Diff. Justin. XXVII. apb. 15.*

Th. XXI. Diximus Fraternitatem fieri mutuo pacientium consensu inter comportationem declarato: Superflua ergo sunt cætera solennia hodie plerumque adhiberi solita. *Quare non necessaria est Poculorum interventio.* Modo de voluntate & consensu pacientium constet, nihil Fraternitatis firmitatem impediet,

etiam si vel nullum plane poculum adhibuerint, aut illud ab altero jam alteri propinatum exhaustumque denuo repletum non sit, alterve non acceperit, nec redditum ebiberit. Quanquam hodiernis moribus raro aut nunquam contrahatur, quin non tantum inter compotationes, sed poculis etiam adhibitis & utrinque exhaustis fiat. Hinc *Claud. Cotere a Dn. Lauterbach. de singul. Fratern. jur. p. 1. §. 6. n. allegat.*, tradit: Apud Germanos milites moris esse, ut dum amicitiam nomine sodalitii inter se ineunt, eodem uterque scypho semel bibat, eundemque mox confringat, ne eo postea quisquam utatur, qui istorum sodalitatem ullo modo dirimat. Quinimo tanto rigore quantoque servatur, ut si alter poculum Fraternitatis ipsi propinatum eibere renuat, alter maxima se putet injuria affectum. At minus recte. Non enim injuria committitur absque animo injuriandi. *I. 4. §. 1. ff. I. 5. C. de injur. l. 34. de O. & A. §. 7. J. de oblig. que ex del. qui ut nunquam: nisi dictum factumve natura sua injuriosum sit, Dn. Eckolt. ad ff. tit. ae injur. §. 4. Dn. Strancb. Diff. Just. XIX. apb. 13.* ita multo minus in amico praesertim, ubi jam per Fraternitatis pactum arctior est factus, presumitur, *I. 5. ff. pro soc. Prosp. Fatin. qu. 105. n. 147.* Et potest omnino justam renuendi habere causam, forte, quod sufficientibus viribus sit destitutus, vel quod certo noverit, se ex tali haustu morbum gravissimum conciliaturum esse; ubi contra faciendo in conscientia maxime peccaret. Qua ratione ultra posse obligandus non erit, *I. 185. ff. de R. I.* Neque etiam & recusatione & omissione poculi de fide omittentis dubitandum. Verum enim non est illud vulgatum: Ei, qui ad potus & haustus aequales non fideliter respondet, nec in reliquis fidendum esse. Fidelitas enim virtus est, non vitium: Nec vir bonus propterea

pterèa infidelis dici potest, quod pocula nimia & superflua respuat, & peccato vitiisque resistat, uti loquitur responderetque *Webner, in Obsrv. Pract. voc. Zutrincken.* Pariter Fraternitas nihilominus salva est, licet pacientes in genua procumbant. Sane multi sunt, qui ægerrime id ferunt, sæpius alterum, ubi nimis diu in genibus jacuerit, de maturanda resurrectione admonentes. Elegans ejus exemplum narrat, *Dn. Schupp. in Tr. Freund in der Notb p. 227. seq.* cui fere simile aliquando observavi. Neque illa solennitas necessario requiritur, *ut pacientes manibus jungantur;* quod plerumque fieri videmus. Quamvis fateamur, quod ex ea, ut & duabus præcedentibus, si voluntarie adhibeantur, magis deliberatus animus & consensus, majorque fides appareat. *Webner. Obs. pract. voc. Hand gegebene Treu. add. Berlich. p. 2. concl. 57. n. 29.* Dextra enim apud omnes fere Gentes Symbolum fuit fidei, Poeta hinc canente: *En dextra fidesque!* Quinimo dationem dextra interdum vim juramenti habere nonnulli volunt. Vid. *Webner. Obsrv. pract. voc. bey Glauben und Trauen. add. Dn. Carpzov. p. 2. c. 36. de 8. seq. n. 5.* An autem de porrectione sinistre manus idem sit habendum? quæritur. Et videtur quod sic, si Turcarum morem respicias, quibus sinistra manus dextra dignior habetur, teste *Horn. in Orb. Polit. p. 1. c. 1. membr. 2. can. 1. §. 4.* presertim quod ea cordi sit vicinior, adeoque magis cum eo convenire videatur. Verum enim vero cum eam consuetudinem tanquam singulare quoddam institutum communis aliarum Gentium usus reprobet: neque cordi magis conjunctum sincerius præ reliquis affectum exprimat: quin potius ipsa natura excellentiori vi plerumque dextram præ sinistra manu instruxerit *Dn. PRAES. in Eleg. Discurs. Acad. de Matrim. Leg. Salic. Contract.*

cap. 3.

cap. 3. n. 34. hinc non tanta ex hujus quam illius porre-
ctione fidei promissio capienda videtur. Illud prorsus
improbandum, quibusdam usitatum, exemplo non uno
occurrente, ut Fraternitatem jam initam digladiatione, quod
ajunt, probent & confirmant. Pugnat enim gravissime
non solum cum amicitia jam contrafacta, sed etiam
cum Lege tam Naturæ quam Divina. Vid. Dn. Ziegler.
ad Grot. L. 2. cap. 1. tb. 15. & *Baldwin, L. IV. Caf. Conf. cap. 1.*
caf. 12. & *Humana.* Non enim credo facile Rempubl.
inveniri, in qua duellorum habeatur permisso. Sane
in Imperio nostro non ita pridem communi Ordinum
consensu eorundem prohibito solenniter sancta est; in
cujus sanctionis fine etiam quædam de duellis Academi-
cis habentur verba, quæ videri possunt ap. *Dn. Beckmann.*
in Polit. Parall. cap. 22. §. 2. Nec minus in Saxoniæ Electo-
ratu speciali Edicto de dato Dresden 1670. mens. Octobr. se-
vere sunt prohibita, poena capitis in contrafacentes san-
cta. Et notissimum est, quanto rigore Rex Galliae, Edi-
cto avi Heinrici IV. in usum revocato, sine ullo perso-
narum respectu & aggratiandi beneficio duellantibus ca-
pite plecat; quenquam rationes Politicas ei subesse
non negem, *Oldenburg. Itiner. German. polit.* p. m. 117. seq.
add. *Pufendorf. de I. N. & G. L. 8. c. 4. §. 8.* Conf. de solen-
nibus Blas. Multib. d. Tr. de Jur. potand. §. 26.

TH. XXII. Fieri potest Fraternitas Compotato-
ria vel pure; atque confessim perfecta est, §. 2. *I. de V. O.*
l. 2. 3. ff. V. S. vel sub conditione possibili, §. 2. *I. de V. O.* &
dissertur Fraternitas, §. 4. *I. d. r.* donec hæc existat, *l. 7. C.*
de insit. & *substit.* deficiens vero Fraternitatem inutili-
redit, *l. 8. pr. d. peric.* & *comm. rei vend.* *l. 37. d. contr. emt.*
impossibilis sive jure, sive natura, vitiat Fraternitatem,
§. 24. *I. de inutil. stipul.* *l. 26. l. 28. ff. de V. O.* *l. 15. ff. de condit.*
insit.

instit. l. 7. §. 3. ff. *de pact.* modo posterior affirmative sic adjecta; secus est, si negative adjiciatur, quo casu pure facta Fraternitas intelligitur. §. 10. I. *de inutil.* *slip.* l. 7. & 8. ff. *de V. O.* *Dn. Eckolt.* *ad ff.* *tit.* *de V. O.* §. 7. & 17. *Dn. Strauch.* *Diff. Just.* X. *apb.* 11. add. *Dn. Struv.* *exerc.* 47. *tb.* 18. Non tantum diebus juridicis, sed & feriatis; cum præter amicitiae conciliationem multæ etiam discordia & litigia per eam amicabiliter componantur, qualia in festis licita esse Dd. statuant per *I. fin.* §. 1. C. *de fer.* *Dn. Strauch.* *Diff. Just.* XXIV. *apb.* 13. Quanquam convivia, & compotationes, si præter liberalem recreationem, immodicam ingluviem & ebrietatem intendant, hisce diebus institui solitæ probandæ non sint. Nam si labores vocationis etiam in iis sunt prohibiti; quanto magis carnales recreations, quæ, quocunque die fiant, purissimos angelos arcent; quomodo loquitur *Baldwin.* L. 2. *cas. conf.* cap. 13. *cas.* 6. add. *Ejusd.* L. 4. *cas. conf.* c. 2. *cas.* 6. ut eas inde inquisitione & gravi poenæ dignas judicet piissimus Germaniæ Papinianus *Dn. Brunnem.* in Proc. Inquis. Etiam nocte per *I. 20.* C. *de transact.* Tantum enim valet factum de nocte, quantum de die, *Carpz.* p. 1. c. 29. d. 16. n. 5. cum nullum tempus sanæ mentis consensum repudiet. d. *I. 20.* *Vid. Barbos.* *Locuplet.* L. XII. c. 25. ax. 3.

TH. XXIII. Initur Fraternitas *de amicitia Fratrum instar inter se colenda.* Evidem diffitendum non est, sæpius scopum amicitiae per eam minime intendi. Multis via est, Aulicis præsertim haud insueta, qua alterius consiliorum exploratiōnem & faciliorem exinde exitii promotionem querārant. Medium est aliis, alienis opibus, quas tanquam suis florentiores, pro communi fere hominum more, iis male invident, eo melius fruendi data per frequentiorem visitationem commensationum compositionumque occasione Gratiarum loco subsannatio-

F

nem

nem tribuunt, quam Fratrem multis misere exceptum, divitiis jam absuntis, turpiter prorsus derelinquent, inopia aut discrimine forte pressum, illorumque auxilium imploraturum, ne vidiss volentes. Vid. *Dn. Schupp. Freund in der Notb p. 231.* Genus hominum certe pessimum, quod nullam conscientiae, cui vulnus hac ratione infligitur gravissimum, totius terrenae prosperitatis emplastrum non sanabile, vid. *Schupp. d. tr. p. 264.* curam habet. Dixeris non immerito ejusmodi amicos cum *B. Dn. Schuppio* fures temporis & pecuniae in *Tr. Freund in der Notb, p. 238.* Hinc maxima cuique sollicitudine cavidum, ne damno sis talismodi Fraternitatis laqueis implicitus jaeturam faciat haud reparandam. Alia lubens prætero. Et ergo multo minus mirandum, veram per Fraternitatem amicitiam non semper & ubique obtiniri. Quis enim eas simulatas, ad circumveniendum alterum adhibitas, & cerevisiarias, aut vitreas tantum non appellaverit. Vid. *Dn. Simon. de jurib. pocul. c. 4. Blas. Multib. de jur. potand. §. 21.* Cum autem hæc plerunque intra nudos solummodo animi actus consistant, quæ judicio humano non subjacent; Vid. *Dn. Stryk. Tr. de jur. sens. Diff. X. cap. 4. n. 2. seqq.* Quilibet e contra non tantum bonus, l. 51. ff. pro soc. l. 18. §. 1. ff. de probat, c. dudum 16. c. ult. de presumt. nec velle, quod jure facere non potest, *Menoch. L. IV. pref. 142. n. 7.* sed & eo animo fuisse præsumatur, qualem signa declararunt, *Menoch. L. VI. pref. 35.* sufficienterque indicatum pro vero habeatur. *Grot. L. 2. de J. B. & P. c. 4. §. 3.* ibique *Dn. Ziegler.* Ideo vera per Fraternitatem amicitia tam intenta, quam constituta existimatur. Vid. l. 56. l. 155. §. fin. l. 129. §. 1. ff. de R. I. Nec dubium est amicitiam in actu hilaritatis hoc modo contractam ratam atque confirmatam subsistere posse. Positis enim omnibus ad veram & perfectam amicitiam requisitis, quo

quo minus vera & perfecta sit, roburque suum habeat, compotationes obstat non possunt. Vid. *Dn. Simon, in Diff. de jurib. poc. c. 4.* add. *Blaf. Multib. d. l. §. 21.*

TH. XXIV. Conciliatur ergo per Fraternitatis pactum arctior inter ineuntes amicitia & affectio. *Alber. Gentil. de J. B. L. 3. c. 18. Webner. Observ. præt. voc. geschworene Brüder.* Hinc jura ratione affectionis inter veros Fratres facta, inter hos quoque obtinebunt. *l. 5. ff. de donat. Tiraquell. de pœn. temper. caus. 22. n. 23. Barbos. Locuplet. L. 1. c. 57. ax. 7. & 9. ibique allegat. Conf. l. 50. §. 3. de legat. t. l. 19. de dot. præleg. l. 10. §. 1. de vulg. & pupill. subst.* Et sane in contrahendo matrimonio pro arbitrio in majorem fidem eos ceteri Fratres adhibere possunt, *l. 22. de nupt.* non tam tenentur inviti, *arg. d. l.* nec eorum consensum explorare. Vid. *Dn. Carpz. Jpr. Conf. L. 2. d. 45. seq.* An autem de Studio Almæ hujus Aldorfina cum puella forte, cuius inopinato amore ducitur, nuptias inituro, idem dicendum sit, quæritur? videtur quod non, dum non nisi consentientibus amicis, quales per Fraternitatem facti sunt, matrimonium contrahere, expressa Universitatis Lege XVI. prohibetur. Verum enim vero cum sententia potius legis & mens quam verba sint spectanda, *l. 17. de LL. l. 13. §. 2. de exul. tit. l. 3. §. 9. in fin. de adim. leg. l. 7. §. ult. de suppellec. legat.* eaque cognatorum tantum consensum intelligat; hinc verbi *amicorum* latitudo ad illos quoque est restringenda. *Dn. Strauch. Diff. Iust. I. apb. 15.* ut adeo nostrum assertum ad Studiosos hujus Almæ bene extendatur. Pariter ejusmodi Fratres relictis demoratuorum liberis, quod alias ad extraneos non multum spectat, *arg. l. 1. ff. de jurisd.* tutores petere possunt, *l. 2. pr. qui pet. tutor. Tiraquell. d. l. n. 56.* ut addit, & tunc, dum datur tutor aut curator, cum consanguineis amicos vocandos esse. *Quod an juri civili conveniat, non dispu-*

adpos

F 2

to;

to; dixerim tamen Magistratum non male facturum, si defuncti amicos, tutorem liberis ejus constituturus, quandoque hac in re interroget.

Th. XXV. A Personis ad Res devolvor; quarum Dispositio est vel inter vivos, vel mortis causa. Hæc vel Hominis, ut in ultima voluntate, vel Legis, ut in successione ab intestato. Jam de ultima voluntate. Et certum est, quod hi Fratres, si testamenti factionem habeant. §. 4. *I. de hered. qual. & differ. se invicem in testamento perinde, ut alios hæredes instituere possint, l. 49. §. 1. de hered. inst. ita ut sub appellatione Fratrum naturalium expresse nominati etiam admittantur, l. 58. §. 1. ff. d. t. cum falsa demonstratio non aliter vitiet institutionem, quam si involvatur error personæ, l. 4. C. eod. d. l. 58. §. 1. l. 72. §. 2. de condit. & demonstr. Dn. Struv. exerc. 33. tb. 8. n. 4. quantum Fratribus simpliciter vocatis non intelligantur, l. 7. C. de her. inst. Quid vero si testatori nulli sint Fratres naturales, an Fratribus nihilominus institutis, hæreditas ad ejusmodi compotatorios pertinebit! Putarem non pertinere, cum ex institutione de certa hæredis persona non constet, quales non valet, l. 62. §. 1. de hered. inst. Secus tamen est, si Titium hæredem instituerit, pluribus ejus nominis existentibus, ut is intelligatur scriptus, qui Fraternitate Compotatoria inter plures istos Títios testatori fuit conjunctus; cum amicitia & affectio declarat nominis obscuritatem in testamentis, juxta Roman. in l. 21. ff. quie testam. fac. poss. allegantz Gotbofr. ad d. l. 62. §. 1. lit. k. Menoch. L. 4. pref. 25. n. 12. seqq. Quin testimonium ferre queant, nullum est dubium, §. 8. & 9. I. de testam. ordin. tam in testamento scripto, quam nuncupativo. Dn. Straub. Diff. Just. IX. apb. 19. etiam si legatum ipsis fuerit relictum, §. 11. I. d. t. Dn. Straub. d. l. Vid. Dn. Carpz. p. 3. c. 3. d. 33. n. 6. Hæreditas testamento relicta quandoque acqui-*

acquiritur, quandoque amittitur. Acquisita hæreditate, si res testatoris propria relicta sit Fratri Compotatorio per legatum, nullum est dubium, quin elegatario omnino debeat præstari, §. 4. I. de leg. quamvis existimet legans esse alienam, §. 11. I. d. t. in cuius rationis ab Imp. data veritatem Bachov. ad §. 4. I. de legat. n. 3. inquirit, quam ab eo improbatam defendere nititur. Dn. Straub. Diff. Just. X. aph. 3. idem juris est in re hæredis legata, de §. 4. I. de legat. l. 67. §. 8. ff. de legat. 2. Menoch. L. 4. præf. 17. De eo dubitatur, si testator Fratri Compotatorio rem alienam ignoranter legaverit, an hæres eam præstare cogatur? Sed rectius hoc affirmandum putarim, per l. 10. C. de legat. cuius ratio in affectione erga personam positâ hic quoque locum habet. Non enim solam affectionem ex sanguinis coniunctione desumtam, quæ exceptio confirmaret regulam in casibus non exceptis, l. 12. §. 43. ff. de insfr. vel insfr. legat. sed & aliam ei similem hæc lex in verb. vel uxori, vel alii tali persona, admittit. At plerumque major & sincerior solet esse erga amicos, quam consanguineos & affines, affectio, arg. l. 58. §. 1. ff. de hæred. insfr. Mantic. L. 6. de conjectur. ult. volunt. tit. 11. n. 24. Barbos. Locuplet. L. 1. c. 57. 4x. 9. Ergo alteram de non gravando hærede presumptionem, §. 4. I. de legat. l. 67. §. 8. ff. de legat. 2. hec vincit facitque, ut præsumatur testator cum onere hæredis legaturus fuisse, quamvis rem esse alienam scivisset, d. l. 10. C. de legat. Et ita expresse ad amicum h. l. extendit Tiraguell. ad l. 8. voc. libert. n. 95. C. de revoc. donat. & in Tr. de pœn. temp. caus. 22. n. 30. ubi plures allegat. Mantic. dd. add. Dn. Carpz. L.VI. Resp. 28. n. 6. sqq. Accedit quod ut alios actus, l. 80. de V. O. l. 67. de R. I. Ita præcipuae ultimas voluntates interpretari debeamus, ut valeant, l. 12. ibique Bronchorst. d. R. I. cum nihil magis humanitate convenient, l. 1. C. de SS. Eccles. & publice interfit, l. 5. test. quemadm. aperian. veri-

F 3

simil.

simillimumque sit, testatorem actum validum potius, quam frustratorum facere voluisse, *I. 109. de leg. I. l. 12. ff. de reb. dub.* Hinc hæres eam redimere, si pretio possit, *I. 14. §. fin. de leg. 3. l. 31. §. 4. de fideicomm. libert. fin.* aestimationem dare tenetur, *§. 4. I. de legat. d. l. 14. §. fin.* quam judex estimabit, *I. 30. §. 6. de legat. 3. Strauch. Diff. Just. X. apb. 3.* Cui consequens est, ut hæres etiam rem creditori obligatam, & a testatore ignorantे reliquam, luere cogatur, *§. 5. I. de legat.* nisi contrariam defuncti voluntatem ostendat, *I. 6. C. de fideicomm. Manz. Special. Amicitia exempl. 25.* Et hactenus dicta procedunt non tantum in testamento solenni, ex quæ hæreditas acquisita, sed & omisso hæreditate, imo & testamento minus solenni confecto, quamvis neutri testamento clausula codicillaris sit adjecta, ut Fratres defuncti Compotatori nihilominus legata petere possint, si verum est, quod ardor liciti amoris habeat vim clausula codicillaris, uti tradunt *Alciat. ad l. 223. §. 1. ff. de V. S. n. 3. Tiraquell. Tr. de pæn. temp. c. 22. n. 27. Caro. de excuss. bonori p. 1. qu. 13. X. qu. princ. n. 33. & Durant. de art. testand. t. 6. caut. 2. n. 7. p. m. 238.* qui exinde tanquam remedium quoddam, hæreditate non adita, reliqua consequendi Legatariis commendat, ut probent judici, se fuisse testatori singulari amicitia junctos, add. *Manz. d. l. ex. 21. sqq.* atque *Dn. Ludwell. Ex. 9. tb. ult. lit. in fin.* ubi tacitam istam clausulam codicillarem juri nostro parum convenire docet.

TH. XXVI. Lustravimus hactenus circa res Dispositionem Hominis in ultima voluntate: sequuturam alias Legis in successione ab intestato, commodiori loco paulo inferius reservaturi. Eam, quæ est inter vivos nunc aggrediemur. Sistit ergo se primum Habitatio, tertia Servitutum personalium species, ab usu ædium distincta, *§. 5. I. de us. & habit. ibique Bachov. Dn. Eckolt. ad ff. tit. de us. & habit. §. 2. D. Strauch. Diff. Just. VII. apb. 43.* quam qui

qui habet, amicum adeoque etiam Fratrem Compotatorum bene secum domum ducere potest, *Tiragell. de tr. c. 22. n. 60. Manz. de l. exempl. 34.* Excipit hanc Donatio, quæ, cum sit de genere permisorum, nemini liberi rerum suarum arbitrium habenti est deneganda, nisi speciali lege prohibitus reperiatur, *l. 43. §. 1. ff. de procur. Dn. Stryk. de jur. sens. Diff. II. c. 3. n. 5.* Ea ergo cessante, Fratres Compotatorii res, quarum est commercium, *l. 9. §. fin. de donat.* tam mobiles, quam immobiles, modo in Saxonia coram competente judice fiat, etiamsi admodum parvi sint pretii, *Carpz. p. 2. c. 12. d. 19. Schulz. Synops. J. de donat. lit. b. n. 2. Straub. Diff. Just. VIII. apb. 27.* tam futuras quam præsentes, *d. l. 9. §. 1.* sibi invicem per donationem conferre possunt, *l. 5. ff. de donat.* ut consistat, etiamsi blanditiis ad eam fuerint inducti, *Barbos. Locuplet. L. IV. c. 49. ax. 1.* quæ tamen donatio, ut regulariter nunquam, *l. 25. pr. l. 26. de probat. Eckolt. ad ff. tit. de donat. §. 3.* ita nec ex Fraternitate Compotatoria Præsumenda, arg. *dd. II. nisi cum hac benevolentiae affectione concurrat causa favorabilis & impensæ exiguitas. Dn. Carpzov. I. V. Resp. 116. 14.* Hinc alimenta, arg. *l. 27. §. fin. de negot. gest. Manz. d. l. exempl. 13.* & impensæ curam, arg. *l. 13. C. eod.* ac causa funeris, *l. 14. §. 7. ff. de relig. Menoch. L. 3. præf. 33. n. 7.* Fratris Compotatorii ejus filii, *l. 44. de negot. gest. Hahn. ad Wesebn. de donat. n. 4.* præstata præsumuntur donata. Idem est, de impensis in tutorum pupillis constitutionem, eorumque suspecti postulationem, ab aliquo paterna amicitia ducto factis, *d. l. 44. ff. l. 1. C. de neg. gest.* maxime si erogans claritate præstet, divitiisque abundet, accipiens vero tenuioris sit fortunæ, *l. 33. §. fin. de legat. 3. Hahn. d. 1.* Hinc nullam propterea habent repetitionem, nisi animo repetendi erogaverint, quem ab initio declarare convenit, *l. 4. ff. l. 12. C. de negot. gest.* Illud adhuc

adhuç addere placet: Si Frater Compotatorius donationem simili Fratris absenti factam ejus nomine absque mandato acceptet, an valida sit donatio? Quod affirmandum, modo vivo adhuc donatore rata & grata ab absente fuerit habita, l. 24. ff. de negot. gest. qua ratihabitione deficiente manca erit, nec morte donatoris superveniente confirmabitur. arg. l. 9. §. 1. ff. de jur. dot. arg. l. 6. C. de donat. Carpz. p. 2. c. 12. de 19. & L. V. Rep. 26. n. 10. sq. Alteri enim per alterum non acquiritur, tam de Jure Canonico, Schulz. Synops. J. de inutil. stipulat. lit. b. Strauch. Diff. Just. XIV. aph. 8. quam Civili, §. 4. I. de inutil. stipul. l. 38. §. 17. ff. de V. & O. Vid. Brunnem. ad l. 8. ff. de pac. n. 22. Conf. Tiraquell. d. tr. c. 22. n. 10. seqq. De Contractibus idem dicendum: Quod nulli facultas contrahendi cum quovis, lege tacente, unquam sit deneganda, Stryk. de jur. sens. Diff. II. c. 4. n. 10. Bene ergo Fratres Compotatorii inter se convenire & contrahere possunt, l. 38. ff. de condic. indeb. Hoc forte dubium, si unus apud alterum praesentem & tacentem rem deponat, an illæ deposita rei custodiad videatur suscepisse? Nimurum constat, depositum fieri mutuo contrahentium consensu traditione rei confirmato, §. 3. I. q. mod. re contr. Deponentis voluntas rei que insecura traditio hoc in casu in confessio quidem est. An autem depositarius praesens tacendo consenserit? Ac licet praesens & tacens in onerosa ac inutilia, qualis est obligatio, pr. I. de autor. tut. consensisse non presumatur, l. 8. §. 1. de procurat. l. 5. de S. P. II. l. 8. §. 15. ff. quib. mod. pign. Menoch. L. 2. pref. 74. n. 8. Carpz. L. VI. Rep. 101. n. 15. Roman. de Feud. cap. 12. §. 7. fallit tamen in conjunctis amicitia & familiaritate, ut ex taciturnitate presumatur consensus, uti post alios a se allegatos docet Menoch. L. 6. pref. 99. n. 26. quæ cum & inter eos intercedat, haecque obligatio non adeo onerosa sit, dum rei tantum depositæ afferva-

DE AIDE

affervationem & solius doli ac latæ culpæ præstationem involvit §. 3. I. quib. mod. re contr. l. 32. ff. l. 1. C. de pos. l. 1. §. 5. de O. & A. Eckolt. ad ff. tit. depos. §. 7. hinc alter omnino in depositum consensisse, adeoque ad id, quod ejus est naturæ, faciendum obligatus dicendus erit. Conf. Menoch. all. l. n. 16. Tiraqu. d. l. cauf. 22. n. 56. quem sequitur Manz. d. l. exempl. 32. An autem Fratribus hujusmodi invicem contrahentibus fraus & simulatio subesse præsumatur? Vid. Tiraquell. d. l. n. 53. Imo non saltem ipsi inter se contrahere, sed & pro se invicem intercedere potuerunt fide jubendo, modo sint idonei, l. 3. fidejuss. quod tamen animo donandi factum non præsumitur, arg. l. 25. seq. de probat. l. 4. in fin. ad Sct. Trebell. Præterquam enim, quod nemo suorum præsumatur prodigus dd. II. iniquum est, ut alicui officium suum sit damnosum, l. 7. ff. test. quemadmodum ap. quod alias per fidejussionem præstítit haud exiguum, dum alteri sine ea pecunia non facile credita fuisset. pr. I. de fidejuss. Ita enim homines hodie sunt, ut de cujusvis fide dubitantes non nisi tripliciter muniti quicquam credere soleant. Satis autem abundeque sufficit, vel in una specie amico suo consuluisse l. 39. §. 2. de admin. tut. l. 20. de neg. gest. Solutam ergo exinde pecuniam actione repetrere potest, §. 6. I. d. t. l. 10. §. 11. l. 20. §. 1. ff. mand. nisi ei remiserit l. 26. de probat. aut modica fuerit, in qua præsumitur animus donandi, Carpz. L. V. Resp. 146. n. 14. nisi circumstantiae, forte fidejussoris qualitas, l. 18. ff. de adiment. legat. aliud suadeant. Nec raram est, ut amicos negotiis suis adhibeant homines, l. 21. ff. de usur. l. 10. pr. de ann. legat. ne de vi in iis sibi inferenda metuendum habeant. Et hinc est, quod Fratum Compotatoriorum præsentia omnem metus præsumptionem excludat, l. 35. C. de transact. Rosbach. in Prax. Civ. t. de conjunct. person. n. 19. Tiraquell. de pœn. tempor. c. 22. n. 51. si suffici-

sufficiens esse potuerit ad resistendum violentiae illius, qui de ea arguitur; alias secus videtur, ubi persona ejusmodi est, ut inferre valuerit motum etiam praesentibus amicis, *Menoch.* L.3. praf. 128. n.9. aut enormis intervenierit laesio: *Menoch.* d. l. n.8. *Conf. Carpz.* p. 2. c. 15. d. 18. Obligationes constitutas varii sunt tollendi modi, circa quos certum est, quod solutione rite facta, quam explicat, *Eckolt.* ad ff. tit. de solut. §.3. *Straub.* *Diss. Justin.* XVII. apb. 2. sqq. *Carpz.* p. 2. c. 28. d. 11. sqq. Frater Fratrem Compotatorium debitorem non tam scientem, quam etiam ignorantem & invitum ipso jure liberet, pr. I. quib. mod. toll. obl. ibique *Bachov.* n. 2. l. 23. l. 53. de solut. l. 17. C. cod. l. 39. de negot. gest. cum nihil intersit creditoris, a quo ipsi debitum dependatur, quo accepto, obligatio consumatur perimaturque necesse est, *Bachov.* d. l. *Eckolt.* d. l. §.5. in fin. Quanquam postremo casu nihil ab eo repetere queat, l. 53. mand. l. fin. C. de negot. gest. cum sibi imputare debeat damnum exinde emergens. Illud queritur: An Fratre Compotatorio in periculo vite constituto, nisi ducenta solverit, eorum contra ipsius prohibitionem solutorem a jamjam liberato detur repetitio; Quod affirmatur. Nullus enim suæ liberationis media prohibere potest, l. 6. de appellat, ibique *Brunnem.* n. 1. i. quoniam ne mo est membrorum suorum, multo minus vite Dominus, l. 13. pr. ad L. *Aquil.* ut adeo nulla prohibitio intercessisse videatur. arg. l. 5. C. d. LL. Et cum captivus reversus alienationem honorum, ipsius redimenti causa iniuste factam, ratam habere cogatur, aut Si captivi, C. de Episc. & Cler. quidni & hic ducenta reddere obstrictus erit? dum eadem liberationis & publicæ utilitatis, cuius sane interest homines viventes conservari, l. 7. §.3. de bon. damnat, arg. l. 14. §. 13. de religios. & sicut. ratio sublit. l. 32. ad L. *Aquil.* Quinimo minus hic est, dum in commendo suo

suo solutionem facere potest, ubi illic etiam amabilissimorum rerum alienationi contravenire nequit, d. autb. Et ita expresse in amico tenet *Caroc, de excusis honor. p. 1.* qu. 22. z. 5. & 11. Quare non tam hoc, quam alia omnia credita Fratres Compotatorii ex se invicem exigunt, pr. I. d. *Action.* non tamen ultra id, quam quod facere possunt, ex æquitate condemnandi videntur; Quanquam ex Jure Justinianeo beneficium competentiæ Fratribus Compotatoriis plane denegandum sit. Sed cum id ipsum benignitas Interpp. omnibus debitoribus casu inopinato de paupertatis hodie accommodaverit, *Manz.* in *Patr. Deb. dec. 3. qu. 2.* *Carpzov. in Asyl. Debit. pos. 76.* n. 356 sqq. & ex eo *Magnif. Dn. Swendend. ad Fibig. Proc. p. 1.* c. 2. m. 3. §. 9. sine dubio nostris quoque Fratribus tribendum erit: modo non ipse arctor pauper sit, cui non suffpetat, unde se alat, secundum Dd. uti refert *Strauch. Diff. Just. XXVIII. apb. 12.* Quanquam ubi ad meliorem fortunam pervenerint, denuo pro residuo poterunt conveniri. l. 8. C. *solut. matrim.* in quem eventum nuda repromissione caveré debent. l. un. §. 7. C. *de R. U. A. l. 63.* §. 4. *pro soc. l. 47. §. 2. de pecul.* Nimirum obsolevit laudabilis ille Græcorum maximeque Atheniensium mos, quo certa juvandorum amicorum coiverant collegia, qui civi vel amico ad deteriorem fortunam lapsi mutuum quoddam gratuitum, rebus ad feliciorem statum hoc beneficio redactis, in eadem quantitate, fortuna adversa permanente, plane non reddendum, conferrent. Vid. *Alemann. Diff. de eo, qui ad mel. fort. periv.* c. 3. sect. 1. tb. 18. Sæpiusne invitus usuram hujus beneficii competentia alteri concedas, vel ultimam panis micam ori ejus extracturus, eoque libentius habiturus, qui citius a fortunatione factò reliquum exigere possis.

TH. XXVII. Jam quid juris sit de Fratribus Com-

potatoriis circa *Judicialia* subjiciendum. In judicio quovis sunt Personæ ibi versantes vel Principales, vel Accessoriæ. Ille actor, Reus & Judex, quem suspectum reddit Fraternitas Compotatoria. *I. 10. ff. de jurisd. arg.* *I. 9. de liber. caus.* Indeque ob eam non solum delegatus, sed & ordinarius magistratus recusari potest, *d. I. 10. I. 4. C. de jurisd. Nov. 96. c. 2. c. 61. X. de appell.* *Siruv. exere. 9. tb. 11. Straub. Diff. Just. XXI. apb. 5. Donell. L. XVIII. c. 25.* ibique lit. p. 599. imo totum etiam quandoque Collegium, vid. *Carpz. L. II. Resp. 11. n. 22.* quanquam alias id ipsum tanquam suspectum recusare vix convenientat, *Straub. d. I. Struv. Jpr. L. 4. tit. 6. apb. 2.* non tam ante, quam etiam post litem contestatam, si Fraternitas nova, *I. 17. ff. de judic.* aut noviter nota sit, *c. 4. X. de except.* *Brunnem. ad I. 32. §. 14. n. 4. ff. de judic.* *Struv. exere. 9. tb. 11.* modo scripto expresse comprehensa probetur, *I. 16. I. fin. C. de judic. c. 39. X. de offic. de leg.* alias injuriarum tenetur. *Carpz. p. 4. c. 42. d. 8. add. Brunnem. d. I. n. 6.* Limitatus tamen, ut suspectus non sit, adeoque recusari nequeat, sit judex cum utroque Fraternitate sit junctus, propter intercedentem erga utrumque affectionis paritatem. *I. 67. §. 1. de R. N. c. postremo. 36. X. de appell.* *Marant. in Specul. p. 6. tit.* Et quandoque appell. *n. 30. p. m. 479.* Et utrobique arbitrium judicis admitto. Vid. *Brunnem. ad I. 3. ff. de test. n. 6.* Personarum accessoriarum aliæ Judici accedunt, aliæ Litigantibus vel interveniendo, vel patrocinando, quales Advocati & Procuratores. *Dn. Straub. Diff. Just. XXIII. tb. 18. sq.* Hi sunt, qui alienam litem mandato Domini in judicio persequuntur. *I. 1. pr. ff. de procur.* Quod mandatum in quibusdam ex affectione præsumitur, ut citra aliud cum cautione de rato admittantur, *I. 35. ff. I. 12. C. de procur.* modo causa speciale mandatum non requirat, *I. 27. de minor.* *Struv. exere. 7. tb. 28.* vel conjunctæ personæ

sonæ voluntas aperte non repugnet. *I. 40. §. fin. de protur.*
An autem de amico, adeoque Fratre Compotatorio
idem dicendum sit, ut in eo præsumatur, sicque sine eo
pro Fratre ad agendum admittatur? maxime inter se
Dd. convertunt. Affirmativam tenent inter eos, quos
mihi hactenus videre licuit, *Alciat. ad l. 223. § ff. de V. S.*
n. 4. Tiraquell. de pœn. temp. c. 22. n. 34. Hillig. ad Donell. L. 18.
c. 12. lit. k. B. Tabor. in Barbos Thes. Locuplet. L. I. c. 57. ax. 2.
Manz. Spec. Amicitia ex. 2. Negativam contra propugnant
Gail. L. 2. de P. P. c. 10. n. 28. Vultej. L. 2. Jpr. Rom. c. 30. n. 39.
Berlich. p. 1. concl. 14. n. 41. ibique allegati. Fortassis de eo
non est magnopere laborandum, cum, teste *Gail. d. l. &*
L. I. obs. 133. n. 2. in foro & praxi non observetur. Eckolt. ad
ff. tit. de usur. §. 4. Sane Jus Saxonum Fratrem Com-
potatorium pro Fratre sine mandato non admittit, nulla
sanguinis ratione, in qua mandati & ratihabitionis præ-
sumtio ponitur, inter eos intercedente, juxta *Ordin. Proc.*
Judic. tit. 7. §. 2. vers. Desgleichen seithalben die Blutsver-
wandten ibique Dn Martin. n. 12. Carpz. p. 1. c. 1. d. 29. in
quo convenit cum Jure nostro Lufatico. Vid *Ordin. Proc.*
Sup. Lufat. p. 4. §. 3. vers. Oder daß er eine solche &c. Imput-
tabit ergo sibi, si absque mandato comparere & jura pro-
ponere ausus, remotionem suarum positionum, parte
adversa etiam non petente, pœnamque quinque Joachi-
micorum meruerit *Ordin. Judic. d. tit. 7. §. 1. vers. Und da*
es geschehe. Carpz. p. 1. c. 1. d. 26. Ordin. Proc. Sup. Lufat. p. 3.
t. von Advocaten und Procuratorn. §. 6. Multo minus ergo
mandato non instructus Fratris Compotatorii nomine
arrestum petere, *Ordin. Proc. Judic. tit. 51. §. 9.* ibique *Dn.*
Martin. n. 30. seqq. Carpzov. p. 1. c. 29. d. 14. aut Leutera-
tionem Appellationemve interponere poterit, ut te-
neat, nisi eam alius intra decendum ratam habeat. *Dn.*
Carpz. p. 1. c. 19. d. 6. Brunnem. adl. 4. n. 16. & l. 23. n. 1. ff. de

appellat. De mandato vero, Fratre Compotatorio tacite accepto, vid. Tiraquell. d. tr. c. 22. n. 56. & Manz. d. l. ex. 31. Illud expeditum, quod Frater Compotatorius Fratris modo causam justam, aut saltem probabilem, si alia non sit probabilior, vel dubiam habeat, donec iusta fiat, vid. Naz. Diff. de Consc. Advoc. c. 4. Struv. ex. 7. th. 5. seqq. ad- vocatus esse possit contra quemvis, etiam Magistratum, Carpz. p. 1. c. 1. d. 21. Brunnem. ad l. 1. n. 13. ff. de postul. add. Eckolt. ad ff. 1. de postul. §. 5. & injuriantem, nisi unicum forte verbum multis mille thaleris estimet, quod saepius videre licet; imo etiam certo casu contra proprios Pa- rentes, salva conscientia, Naz. d. Diff. c. 3. n. 6. seqq. & n. 17. seqq. Stryk. de jur. sens. Diff. IX. c. 4. n. 32. seqq. Non tamen contra Principem, cum quilibet subditus ejus re- spectu se pure habeat passive, nisi permissionem prius impetraverit. Naz. d. Diff. c. 3. n. 3. Nec facile contra Do- minum feudi, cuius est Vasallus, quia furat se non velle esse in consilio, in quo agitur, ut Dominus aliquid per- dat, 2. F. 6. junct. c. un. §. 1. vers. similiter 2. F. 33. Brunnem. ad l. 1. n. 14. de postul. Hoc quæstum fuit, an contra Fra- trem compotatorium quis postulare possit? Amicitiae quidem optime consulere videtur, qui penitus ejusmo- di patrocinio abstinet, quem ea de facili in illo Proces- sus oceano naufragium pati possit; attamen in foro con- scientiae contra eum postulando ejusmodi Frater non peccabit; cum nemo jus & justitiam administrando peccare possit. Quinimo dixerim, eum potius peccare, si a Fratre Compotatorio inique laedi viderit alterum, & ejus patrocinium renuat aliorum inopia. Major enim justitiae, quam amicitiae ratio est habenda. Sit enim ami- cus Plato, sit amicus Aristoteles, magis tamen amica debet esse justitia. Minus ergo dubii habet, quod ad illius susceptionem a Principe vel Magistratu cogi possit, l. 7.

C. de

C. de postul. Vid. Martin. ad Ordin. Proc. Jnd. tit. 3. rubr. n. 7.
Gail. L. 1. obs. 43. Non tamen tenetur patrocinium gratis præstare, l. 10. pr. ff. de ann. legat. nemine in conscientia proximo, cui facultates suffpetunt, gratis inservire obstricto: nam quæ unius obligatio est ad officia, illa alterius est ad remunerationem. Nec præsumitur illud gratis præstissem, arg. l. 25. de probat. l. 4. in fin. ad Sct. Trebell. nisi causa sit favorabilis, quæ sine notabili ipsius in commodo modico labore expedita, arg. l. 25. de negot. ges. M. scard. de prob. concl. 555. n. 57. Fraterque compotarius alias patrocinari non consuetus, quod tradit Tiraqu. Tr. caus. 22. n. 78. Hinc in aliis recte salarium petere potest, etiamsi nihil conventum fit, l. 1. §. 10. de var. & extraord. cognit. & in causa succuberit, l. 10. §. 1. ff. de negot. ges. quod dolore forte denegatum, donec solvatur, tamdiu Acta salva conscientia poterit retinere, Gail. L. 2. obs. 12. n. 3. Carpz. p. 2. c. 25. d. 23. Quanquam aequitatis ratio cum eo debeat deducere, ut viso Fratrem succumbentem haud leve exinde damnum contraxisse, de salario non adeo rigide cum eo agat, opibus præfertim haud adeo magnis instructo. Cæterum rerum veritate in iudiciis plerumque ex probatione dependente, que vel per instrumenta fit, vel per testes: disquirendum erit, quid de Fratris compotatorii testimonio sit habendum? Et sane sibi invicem testes esse non repelluntur, cum nulli specialiter prohibiti reperiantur, l. 1. §. 1. de testib. licet omni exceptioni maiores non sint, & fides eorum per fraternitatem contractam, provenientemque exinde amicitiam & affectionem minuatur, l. 3. pr. d. testib. Strub. ex. 28. th. 39. Hahn. ad W. senb. de testib. n. 7. nisi utrinque cadenti sint juncti Carpz. p. 1. c. 16. d. 36. aliterve veritas haberri nequeat tam in causa civili, quam criminali Carpz. ad d. c. d. 73. & p. 4. c. 8. d. 9. n. 3. Strub. ex. 28. th. 41. aut ex condicione

conditione personæ, quod sit gravis & fide digna, ea exceptio tollatur. Brunnem. ad l. 3. n. 5. ff. d. Test. add. Carpz. p. 1. c. 16. d. 53. Eckolt. ad ff. tit. de Test. § 3. Ideoque quanta fides his testibus adhibenda, judicis arbitrio committendum. Brunnem. ad. d. l. n. 6. Pariter contra se invicem non tam volentes admittuntur, l. 4. ff. de testib. quam etiam inviti tum in civilibus, tum criminalibus testimonium dicere coguntur. l. 16. C. eod. Brunnem. ad d. l. 4. n. 2. Carpzov. p. 1. c. 16. d. 47. 50. seq.

TH. XXVIII. Restat, de Delictis nunc agamus. Videbimus confusionis evitandæ gratia primum delicta in Fratrem Compotatorium ab alio commissa, eorumque vindicationem, ubi in genere notamus: Quod ad possibilem eorum omniumque aliorum incommode- rum & periculorum declinationem, mutuam vicissim defensionis & auxilii præstationem sibi invicem Fratres hujusmodi teneantur, arg. l. 4. C. de castr. pecul. vid. l. 7. pr. de capt. & post. l. rev. etiam si ab iis non fuerint re- quisiti, arg. c. un. §. ad bac. 2. F. 28. nisi arctiori obligatione sint devincti. Vid. Ostend. ad Grot. L. 2. c. 1. tb. 9. obs. unic. Rom. de Feud. c. XI. §. 1. seq. Quanquam hoc posteriori ca- su non repugnarim, si quasi mediatoris vice functi de amicibili inter eos concilianda compositione laborent. Quin potius injustus Fratris compotatorii in discrimine vita constituti aggressor salva conscientia, & prorsus impune occidi potest, modo fiat cum moderamine inculpate tutelæ. Stranch. Diff. Just. XXIX. apb. 7. de qua late præter alias agit Schulz. Synops. I. de L. Aquil. lit. f. atque Struv. de vind. priv. c. 4. apb. 1. usque ad 8. ibique alleg. Melin. de Just. & Jur. tom. 4. tr. 3. disp. 11. & seqq. Imo non tam potest, quam etiam debet, adeo ut eum non defensum ab aggressore interfici passus extraordinariam, puta re- legationis, incarcerationis, aut pecuniariam penam in- currat,

currat, dummodo hoc sine proprio periculo & robore facere potuerit, ordinata enim charitas incipit a se ipso, secundum Berlich. p. 4. concl. 22. n. 45. add. Ostend. ad Grot. L. 1. c. 5. th. 2. & 3. Tiraqu. d. tr. caus. 22. n. 43. sq. Nequeunt tamen ob injuriam Fratri absenti factam alapæ aliae verbora proferenti infligi, nec magis de ea judicio agi, non obstante, l. 1. § 3. ff. de injur. in qua affectus intelligitur talis, qui certam quandam domestica societatis speciem præ se fert & informat, i. e. maritalem. Vocabulo enim potestatis societatem herilem & paternam, affectus vero appellationem maritalēm complecti voluit JCtus, quemadmodum recte explicat Eckolt. ad ff. tit. de injur. §. 1. Hinc etiam Frater consanguineus ob injuriam Fratri illatam injuriam agere impeditur, multo magis ergo Compotatorius. Brunem. ad l. 1. n. 5. ff. de injur. Carpz. decif. 33. add. Struv. ex. 48. thef. 57. Quanquam quodammodo excusandi sint, si post frustraneas de abstinendo ab injuriis admonitiones, ex dolore manibus aut ori suo aliquid indulserint, cum difficillimum sit iram ex justa causa provenientem temperare, l. 38. §. 8. ff. l. 4. C. ad L. Jul. de adult. Farinac. Prax. Crimin. qu. 91. n. 38. & amicorum causa patrata mitius semper punienda, juxta Tiraq. ad Tr. caus. 22. Sequuntur delicta inter Fratres Comptatorios a se invicem commissa. Constat, furtum non fieri, si quis putans Dominum consensurum rem alienam contrectaverit: quanquam non quævis presumptio voluntatis sufficiat, sed quæ in quadam probabilitate consistit, qualis etiam est ex amicitia & familiaritate per Fraternitatem contracta, Brunem. ad l. 46. n. 1. ff. de furt. Stranch. Diff. XIX. apb. 5. Neque interest, rem illam jam ante voluntate Domini teneat, qua ultra limites initio dictos utatur, §. 7. l. de oblig. quo ex del. l. 76. pr. de furt. quanquam hic presumptio voluntatis facilius admittatur. Vid.

H

Brunnem.

Brunnem. d. l. n. 2. Bachov. ad §. 7. I. de obl. ex del. an domino subtrahat & amoveat, l. 46. §. 7. de furt. modo eam rem alias dominos concedere solitus erat, nec dolose fuerit factum, Bachov. d. l. quod judex ex circumstantiis, v. g. die an nocte amoverit &c. estimabit. Bachov. d. l. Dn. Straub. Diff. Just. XIX. 5. Ceteroquin re valorem quinque solidorum excedente effectu furandi dolose subtraheta, vid Carpz. p. 4. c. 32. d. 1. §. 4. Fraternitas compotatoria a poena suspendii furem non liberabit; etiam in Saxonia, cessante consanguinitatis & affinitatis ratione, propter quam alias nonnulli a poena furti ordinaria eximuntur in Constit. pe ul. juxta curia alis certis de causis, forte ne poenae levitate homines ad perpetrandum facinus invitarentur §. 8. in fin. I. de obl. que ex del. l. 20. C furt. publice non edita relata tamen a Carpz. prax. crim. qu. 82. m. 42. add. Eund. p. 4. c. 38. d. 3. §. 99. Quanquam juris sui persecutionem privatam, ut quivis alius, ita & Frater Compotorius remittere possit, l. pem. C. d. p. 3. Bachov. ad §. 7. I. de obl. que ex del. Eadem fere ratio est circa injurias, quod Frater Compotorius de injuria in alterum illata in dubio non teneatur, cum in amico animus injuriandi non presumatur, juxta Farinac. Prax. Crim. qu. 105. n. 147. & Berlich. p. 5. concl. 60. n. 7. sine quo nulla est injuria, adeoque nec actio l. 3. §. 1. ff. de injur. nisi dicta factave per se contumeliosa sint atrocia l. 5. C. de injur. quibus tamen si animum injuriandi absuisse praetendat, & probare nequeat, ei, presumptione ex confraternitatis pacto suffulso index deferre potest purgationis juramentum. Gail. l. 2. obf. 106. n. 3. in quo alias facilis esse non debet, Gail. d. l. n. 5. Carpz. l. II. Resp. 66. §. 67. n. 6. sq. Illud certum nullum fieri injuriam, si Fratres Compotorii sese fuissent & in numero singulari compellent, etiam si alter in dignitate & honore maximo sit constitutus. Et hinc est,

est, quod communiter Dutzbrüder dicantur, v. Berlich. p. 5.
 concl. 69. n. 76. sqq. Eckolt, ad ff. tit. de injur. §. 5. Lauterbach.
 de sing. Frater. jur. p. 1. §. 6. n. 4. Quanquam haud raro
 sint, qui non leviter, licet tacite ea appellatione offendantur, aliis praeoccupantibus. Se amplius non esse,
 qui fuissent! Tempori ergo & personæ quandoque in-
 serviendum. Restant delicta a Fratre Compotatorio in
 alium commissa, eorumque vindicatio. Scilicet in causis
 criminalibus proceditur vel ordinarie per Accusatio-
 nem, vel per Inquisitionem Brunnem. in Process. Inquis. c. 1.
 n. 1. Queritur ergo, an Fratres Compotatorii se invicem
 de crimen commisso accusare possint? Quod affirma-
 re, sive magnum illud & capitale sit, sive leve nec capita-
 le, cum inter prohibitos non reperiantur, l. 8. seq. ff. de
 accus. Neque enim sanguine inter se sunt coniuncti, qui-
 bus magnorum criminum accusatio est interdicta. l. 17.
 l. 18. C. de his qui accus. non poss. Et ita expresse Tiber. Decian.
 Tr. Criminal. L. 3. c. 13. n. 21. tenere dicit Dietberr. in cont.
 Besold. Theb. Pr. voc. Brüderschafft. Nequeunt tamen alte-
 rius uxorem adulterii accusare, cum extranei plane re-
 pellantur, l. 30. C. ad L. Jul. de adult. Brunnem. ad l. 26. ff. cod.
 quod & in praxi servari testatur. Habu. ad Wesenb. cod. n. II.
 Sed rario hodie accusationis est usus. Magistratus enim
 plerumque ex officio inquirens, probato delicto, con-
 venientem ei poenam delinquenti imponit, quam certa
 lege statutam ex ratione Fraternitatis Compotatoriaæ
 minuere nequit; cum non aliter debeat judicare quam
 legibus, constitutionibus aut moribus proditum est, pr.
 I. de offic. judic. Vid. Tiraquell. de pan. temp. cauf. 16. Alciat.
 L. I. d. V. S. n. 57. add. Carpz. p. 4. c. 32. d. 10. seq. p. 4. c. 47.
 d. 13. & passim. Berlich. p. 2. concl. 22. n. 70. Illud adhuc ad-
 dendum, quod Fratres Compotatorios, tanquam ami-
 cos, si corpora cruci aut rotæ affixorum deponant, pe-
 cunia.

cunaria saltem absque corporali, pœna plectendos esse, tradant *Consulf. Consist. Saxon.* p. 4. qu. 67. n. 3.

TH. XXIX. Dixi arctiorem Fraternitatis pacto amicitiam & affectionem conciliari. Tollitur ergo eo jam inito prior offendio. Hinc fit inimicitiarum reconciliatio. Quare tutor datus allegatione anteriorum inimicitiarum excusationem a tutelæ vel curæ onere non merebitur, §. 11. 1. de exc. tutor. ibique Bachov. l. 6. §. 17. ff. eod. Pariter legatum & fideicommissum inimicitia gravissima, etiam culpa testatoris, l. 4. l. 12. de adim. legat. *Minic. de con. ult. vol. L. 12. t. n. 5. 9.* Menoch. L. 4. pref. 170. n. 6. Brunnem. ad l. 3. n. 7. ff. de adim. legat. intervenient tacite ademtum, l. 3. §. fin. ff. d. t. l. 9. pr. ff. de bis quæ ut indig. redintegratum videtur, l. 4. ff. de adim. legat ibique Brunn. n. 1. Menoch. d. l. n. 13. Mantic. d. l. n. 18. ut illud. Legatarius petere possit §. 2. 1. de legat. modo reconciliationem per Fraternitatem initam haud secus ac inimicitiam hæres duobus testibus probaverit. Brunnem. ad d. l. 4. n. 2. add. Straub. *Diss. Just. X. aph. 6.* De legato hactenus dicta etiam in donatione mortis causa obtinent. Menoch. L. 3. pref. 37. n. 16 sqq. Nec minus inducitur injuriarum remissio. Si enim ex comedione, potatione aut lusu aliave amica confabulatione, sponte cum injuriante habita, remissio adeoque iniuria extincta præsumitur. Bachov. ad §. fin. 1. de injur. n. 2. Carpz. p. 4. c. 46. d. 8. Eckols. ad ff. tit. de injur. §. 19 quidni de Fraternitate Comporatoria etiam hæc dicamus? cum non tantem multi hactenus enarratorum actuum hic intervenire soleant; sed & arctior, instar Fraternæ; amicitia intendatur constitutiorque arg. §. 1. de adopt. Sane notatu dignum est festum Fraternitatis Mahomedanorum d. 25. Nov. quotannis celebrari solitum quo sibi invicem omnia delicta remittunt, teste Schulz. in der Ost-Indianischen Reise-Beschreib. l. 3. c. 9.

p. 170.

p. 170. Cessat ergo iniuriarum actio. §. fin. I. de injur. & pro-
merita antea per iniurias tam verbales, quam reales feu-
di privatio. c. un. §. 2. vers. porro 2. F. 24. Rom. de Feud. c. 15.
§. 1. & 6. add. Carpz. p. 3. c. 27. d. 13. Quanquam non
minimus Vasallus de feudo indignum reddat, si cum ini-
mico Domini Fraternitatem contraxerit. 2. F. 57. l. 28. C.
de inoff. test. modo facta sit in perniciem, detrimentum,
iniuriati eius, Roman. de Feud. del. §. 2. cuius probatio
Domino incumbit. Gotbofr. Anton. Disp. Feud. XI. tb. 3. d.
Sic enim & ipse inimicus Domini factus presumitur.
dd. text. Roman. d. 1. Borcholt. d. Feud. c. 8. n. 121. Secus er-
go est, si absque praeiudicio Domini, aut eo consentien-
te Fraternitas contracta fuerit. Rom. d. 1. Borcholt d. l. n. 124.

Th. XXX. Non tamen per Fraternitatis pactum
tribuitur consanguinitas, l. 34. de pact. l. 8. de R. I. vocabulo
consanguinitatis late accepto, ut & agnationem &
cognitionem sub se comprehendat. Almers manual. jur.
voc. consanguinitas §. 1. & 3. Cessibunt ergo inter Fratres
Compotatorios jura ratione sanguinis inter veros Fra-
tres constituta. Hinc matrimonium hujusmodi Fratris
cum simili sorore, aut fratri filia, & multo magis cum
relicta ejus vidua sponsave non impeditur, §. 1. sq. I. de
nupt. add. Strav. Jpr. t. 2. t. 6. apb. 13. Et stuprata etiam
vitis humilis, ac inops, Berlich. p. 5. concl. 38. n. 74. sq. a fo-
luto Carpz. p. 4. c. 27. d. 2. hodie aut ducenta aut dotanda.
Schulz. Synops. I. de Publ. Iudic. lit. n. Carpz. L. VI. Resp. 88.
nisi haec nubere recusat, Carpz. add. c. def. 1. alias do-
tem a Viro etiam post matrimonium cum alia contra-
etum petere potest, Carpz. d. 3. Berlich. a. l. n. 84. non ta-
men Vasallus propterea feudo privatur, cum stuprum
id non operatur. Gotbofr. Anton. Disp. Feud. XI. tb. 7. lit. f.
Roman. de Feud. c. 15. §. 4. Idem est, si cum sorore Domi-
ni Compotatoria, etiam in ejus domo existente & non-

H 3
dum

dum elocata, concubuerit. c. un. §. 2. 2. Feud. 24. multo minus ergo feudo privatetur ob solum osculum ei impressum. Dotare frororem Compotatoriam, etiam si aliter nubere nequeat, Frater plane non cogitur; cum ne naturalis & legitimus quidem ad id, nisi in subsidiium germanæ aut consanguineæ teneatur l. 12. §. 3. de admin. tut. ibique Dn. Brunnen. n. 4. Eckolt. ad ff. tit. de jur. dot. §. 4. in fin. Siebar. ad l. ult. n. 28. C. de dot. promiss. Neque tutela relictorum Fratris defuncti liberorum legitima, neque cura ipsorum Fratrum ad Fratres hosce pertinet? cum nullum cessante sanguinis ratione, successionis habeant emolumentum, secundum quod tutela regulatur, illisque defertur, quos ordo successionis tangit, §. unic. J. de legit. Patr. tut. l. 1. de legit. tutor. autb. sicut. C. eod. Nov. 113. c. 5. Carpz. L.V. Resp. 81. n. 9. Minus ergo furiosos, etiam in Electoratu Saxonico, Carpz. L.IV. §. 61. n. 14. custodiare, aut si in propriis non satis habeant, alere tenentur. Dn. Carpz. ib. Quanquam miserrima corundem conditio ad commiserationem curamque illorum habenda, ut quemvis, ita magis amicos debeat commovere, ut fere dubitem hos in conscientia secutos esse, si ea in negligant. Præterea Frater Fratrem Compotatorium in Academiis studentem de alio loco visitans privilegiis Academicis non gaudebit, nisi rationem promovendorum studiorum eum inviserit. Carpz. L. VI. Resp. 119. Plane ab intestato sibi invicem non succedunt, l. 7. C. de hered. instit. Tessaur. dec. 113. ubi in causa de Ruatis 1568. d. 7. Nov. a Senatu ita judicatum testatur; Webner. Obser. Praet. voc. ge- schworne Brüder. Carpz. de paet. confr. Saxon. Hass. c. 1. pos. 9. Quare pro arbitrio in Testamento præteriri possunt, ut non habeant querelam in officioli, etiamsi turpis persona fuerit instituta, arg. §. 1. J. l. 27. C. de inoff. test. Muscul. de Confr. Illusfr. tb. 42. Carpzov. d. l. Struv. ex. 10. tb. 11. Dietberr. in cont. Besold. Thef. Praet. voc. Brüderſchafft. nisi consuetudine aliud sit introductum, quæ omnino attendenda Tessaur. d. dec. 113. n. 7. Quid vero si pacta successoria simul inter eos fuerint inita? sane ejusmodi pacta de Jure Civili invalida esse, extra dubium est. l. 19. C. de paet. Webner. d. l. Carpzov. p. 2. c. 35. d. 20. Dietberr. d. l. add. Dn. Praes in Discurs. Acad. de Martin. Leg. Salic. contr. c. 2. n. 45. quanquam ratio adæquata dari non possit, nisi quod hæreditas & successio a jure dependens testamento & legibus determinatur. l. 15. C. de paet. conv. l. ult. de suis & legit. Bachov. Diff. miscell. p. 13. p. m. 156. Strauch. Diff. Just. IX. apb. 3. Moribus tamen valere dicit

dicit Dn. Struv. exerc. 6. tb. 44. adeoque & eadem inter Fratres compotatorios servanda esse concedit. exerc. 10. tb. 11. in fin. add. Gail. L. 2. Obser. 126. Carpz. L. V. Resp. 5. Illud certum, parricidium in ejusmodi Fratrum compotatoriorum non committi tam de Jure Civili. arg. L. 18. sqq. ff. ad L. Pompei part. quam Saxonico Nov. Aug. p. 4. c. 3. Cessabit ergo poena ei statuta, l. 32. pr. ff. ad L. Jul. de adult. l. 31. in fin. C. de Epif. & Cler. nec feudum Vasallus propterea amittet. c. un. vers. item fin. l. P. 5. quod multo magis obtinet, si similem Domini Fratrem occiderit, cum ne ejus naturalem & legitimum interficiens feudo privetur. c. un. pr. 2. F. 37. Rom. de feud. c. 15. §. 4.

TH. XXXI. Tandem Fraternitas semel constituta obligacionem ad amicitionem frarum in seculi inter inuenientes colendam admittendos que effectus hactenus relatos produxit naturalem, non vero civilem, nec consequenter actionem iure Civili efficiacem. l. 7. pr. Et §. 4. l. 43. de pacl. Secus tamen erit in moribus nostris, secundum quos ex quovis pacto actio competit juxta Carpzon. p. 2. c. 19. d. 17. n. 7. sq. c. 32. d. 10. n. 9. Et p. 3. c. 5. d. 22. n. 2. Struv. exerc. 6. thesi. 17. Hahn. ad Wefinb. de pacl. n. 9. Schulz. synopsi. 1. de Except. lit. a. Quod & Juri Canonico conveniente videtur; c. 2. Et c. 3. X. de pacl. c. iuramenti. 22. quæst. 5. Hahn. Struv. Schulz. dil. loc. Add. Da. Strauch. Dissert. XII. ap. l. 10. Frateritatem allegantem incumbit probatio l. 13. C. de probat. Vid. Mafard. de probat. con l. f. 813. cum sit qualitas foris eminentia, quæ non praefluitur, nisi probetur: Idem con l. 85. n. 3. Fieri autem potest vel per duos testes. l. 12. de test. etiam mulieres, Mafard. d. l. n. 12. cum præter testamentum. §. 6. l. d. testam. ord. ibique Bachov. n. 2. & causas feudales, 2. F. 32. in reliquis non prohibeantur, l. 38. de testib. l. 10. §. 6. qui testam. fac. poss. l. 8. ad L. Jak. Maj. modo ex sensu adaptato testimonii rationem reddat, ex qua illius certitudo demum judicatur. Dn. Stryk. Tr. de Jur. sens. proem. n. 28. seq. vel per instrumenta. Dubium enim non est, quin de Fraternitate inita publicum instrumentum confici queat; cum libero partium consensu fiat, adeoque ad voluntariam jurisdictionem pertineat, de qualibus omnibus, nisi lege aut statuto prohibitis. l. 14. §. 3. de SS. Eccles. l. 29. circ. fin. C. de test. c. un. vers. callidis 2. F. 55. recte conficiuntur instrumenta, Dn. Eckolt. ad ff. 112. de fid. instr. 6. 5. Et conficerre illud potest etiam similis Frater vel unius tantum pacifcentium junctus, ut viini probandi habeat.


Vid.


Vid. Eckolt. d. l. conf. sup. thes. 27. circ. fin. An autem nominatione Fratris, qualis litteris facta exemplum proponit Nuz. in Diff. de Conf. Advoc. c. 2. n. 10. quasi possessio Fraternitatis causetur? Vid. Mascard. de Prob. conclus. §13. n. 5. Dietberr. in contin. Befold. Thes. Pract. voc. Geschwiftricht.


TH. XXXII. At Fraternitas perpetua non est; Sed constituta rufus dissolvitur morte alterius Fratris, arg. §. 5. l. de Societ. Nov. 22. c. 26. ut ad heredem plane non pertingat. arg. l. 65. §. 9. ff. pro soc. add. Barbor. ad d. §. 5. Inter vivos vero pacifcentium diffenlu. §. 4. l. quib. mod. toll. obl. l. 35. de R. I. & gravium imimicitiarum interven- tu. Muscul. de confr. illustr. th. 62. non tamen per controversias judi- ciales, Id. ibid. quas amicabili modo componere judex laboret; quam- quam partes ad id cogere nequeat, arg. l. 8. de collat. bonor. l. 3. Cude inoff. test. Carpz. p. 1. 6. 1. d. 10. sq. Durare tamen Fraternitas semel constituta & exinde descendens amicitia praesumitur, donec dissoluta probetur. Mascard. de Probat. contd. §5. n. 8. quod in simili me docuit sepius laudatus Dn. Scharschmid. in Colleg. Famil. Imp. Illustr. de Famil. Saxon. ax. 6.

Sed sufficiant hæc de Fraternitate. Compotatoria in medium protulisse. Latiorem & accuratiorem ejus tractationem non tam propositam, quam jani dispositam temporis augustia prohibuit. Laplus ergo in illis reprehendunt forte non pauci. Sed homo sum. Sed juvenis sum. Ergo meæ sortis memor. B. L. eos benigniori pro candore suo, judicio emendabit. Nullibi errasse hominis non est. Nec hominis est, aberrantem opinionem in humano ingenio ansuque temerario aestimasse. Tibi vero DEUS optime, pro gratiofa Tuâ assistentia gratias persolvo & humillimas & sem-

F I N I S.







Aldorf, Diss., 1630/31

24 feiert

ULB Halle
006 244 181

3



V017

V018



B.I.G.

Black

3/Color

White

Magenta

Red

Yellow

Green

Cyan

Blue

Farbkarte #13

Inches

1

2

3

4

5

6

7

8

9

10

11

12

13

14

15

16

17

18

19

20

21

22

23

24

25

26

27

28

29

30

31

32

33

34

35

36

37

38

39

40

41

42

43

44

45

46

47

48

49

50

51

52

53

54

55

56

57

58

59

60

61

62

63

64

65

66

67

68

69

70

71

72

73

74

75

76

77

78

79

80

81

82

83

84

85

86

87

88

89

90

91

92

93

94

95

96

97

98

99

100

DISSERTATIO IVRIDICA

DE

RATERNITATE
COMPOTATORIA,

Oder:

Son der Schmauß- Brüderschafft.

P R A E S I D E

N. HENRICO Lind, IC.

NISS. DVCIS PALATINO · SOLISBAC. ET INCLYTAE REIPVBL.
RIMB. OLIM CONSILIARIO, NEC NON PANDECT. PROF.

PVBL. ORD. IN ACAD. ALTORFINA,


D. XVIII. AVGUST. ANNO MDCLXXXI.

PLACIDAE ERVDITORVM DISQVISITIONI
PVBLICE SVBMISSA

AB

OANNE PETRO HENRICI,

BVDISSA - LVSATO.



ENAE, REC. LITTERIS IO. FRID. RITTERI,
A. O. R. M DCC XXXVI.

37
16

